DISCORDIÆ FORENSES DE PENSIONIBUS ECCLESIASTICIS

AUCTORE

JOANNE CLERICATO

I. U. D. PRÆPOSITO PATAVINO

QUAS

Olim, vel tanquàm Advocatus in ſenſu veritatis conſulendo explanavit: vel tanquàm Auditor Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi S. M. GREGORII CARDINALIS BARBADICI Epiſcopi Patavini (ad limites Juſtitiæ) vel propugnavit, vel profligavit: aut demùm tanquam Vicarius Generalis ejuſdem Eminentiæ, ad normam Sacrorum Canonum magis celebrium, ac modernorum Juriſconſultorum, Decretorum Sacrarum Congregationum, & præcipuè Sacræ Rotæ Romanæ punctualium (ut plurimùm) Deciſionum, judicando finivit.

OPUS

Patronis cauſarum, Advocatis, Judicibus Utriuſque Fori, ac Parochis ipſis, cæteriſque ſtudioſis utilimum; & propter varietatem caſuum recentium, non fictorum, ſed factorum, ſatis jucundum.

PARS SECUNDA

Duplici Indice, Uno Argumentorum; altero Rerum notabilium adornata.



VENETIIS, MDCCVIII.

APUD ANDREAM POLETI.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

INDEX
ARGUMENTORUM
Hujus Secundæ Partis.

DISCORDIA I.

ARGUMENTUM.

EXaminatur Quæſtio illa famoſa, *Utrùm Epiſcopi licitè, & validè poſſint reſervare Penſiones ſuper Beneficiis vacantibus, per eos conferendis?* Et reſolvitur Affirmativè, ſi concurrat una ex quinque cauſis hìc relatis; ac ſerventur ſeptem requiſita hìc recenſita. pag. 1

DISCORDIA II.

ARGUMENTUM.

Fructus beneficii onerati Penſione, quotannis ab aquarum inundatione diminuuntur, tot diminuenda eſt ſumma Penſionis Penſionariis ſolvenda. pag. 8

DISCORDIA III.

ARGUMENTUM.

Laicis perſonis, quamvis benemeritis, hodie Epiſcopi non poſſunt reſervare Penſiones ſuper fructibus beneficiorum, reſiſtentibus *Conſt.* 73. B. Pii V. & *Conſt.* 92. Sixti V. adversùs quas ſolus Papa diſpenſat; prout diſpenſatum reperitur cum Equitibus, ſeu Militibus Lauretanis, S. Stephani, ac aliis hìc recenſitis. pag. 10

DISCORDIA IV.

ARGUMENTUM.

Cum Penſio ſit reſervata *die* 13. *Martii*, ſolvenda in duobus terminis ſcilicèt 25. *Martii*; & 8. *Septembris*; primus terminus eſt à Titulari anteicipatè ſolvendus; ideſt quamvis ipſe nondum recollegerit fructus Beneficii. Moriente poſteà eodem Titulari de Menſe Julio, non ſoluto primo termino ejuſdem Penſionis maturato *die* 13 *Martii* proximè præteriti, & nondum recollectis fructibus; prædictus primus terminus, ac etiam ſecundus ſolvendus eſt à Succeſſore, ad quem tota recollecta fructuum pertinet illius anni; attentâ regulâ, quod tot debent eſſe ſolutiones integræ Penſionis uniuſcujuſque anni, quot ſunt fructuum recollectæ. pag. 13

DISCORDIA V.

ARGUMENTUM.

Agitur de Penſionariorum exemptione à Decimis Papalibus, ac Subſidiis, & oſtenditur, dictam exemptionem ceſſare in Decimis, & Subſidiis poſteriùs, ideſt poſt reſervatas eorum Penſiones, conceſſis, & hoc ob prægnantiſſimas clauſulas, quibus Papa derogat cuicunque antecedenti exemptioni, & decernit etiam Penſionarios quomodolibet exemptos ad ſolutionem teneri earundem Decimarum, ac Subſidiorum. pag. 16

DISCORDIA VI.

ARGUMENTUM.

Penſiones ex cauſa reſignationis beneficiorum reſervatæ, cum pacto inter Partes inito, & per Papam approbato, ut ſemper integræ à Reſignatario ſolvantur, non ſunt obnoxiæ Decimis, & Subſidiis Papalibus, quamvis poſterioribus, & conceſſis poſt eaſdem Penſiones reſervatas, cum ampliſſimis derogationibus quarumcunque exemptionum, etiam Penſionariorum; quia illæ reſpiciunt faciliorem exactionem Decimarum, vel Subſidiorum, non autem favorem Titularium ſolventium eaſdem Penſiones. pag. 19

DISCORDIA VII.

ARGUMENTUM.

Diſputatur difficilis Quæſtio, ſi Penſionarius promotus ad Epiſcopatum cum diſpenſatione ſuper retentione Penſionis, eam exigat ante expeditas Litteras ejuſdem retentionis, Utrùm ex tali exactione diſpenſatio remaneat invalida, & Penſio extinguatur? Referuntur rationes pro utraque opinione negativa, & affirmativa: Sed quia ante Judicis ſententiam Penſionarius obiit, Diſcordia hæc, non ficta, ſed facta, remanet indeciſa. pag. 24

DISCORDIA VIII.

ARGUMENTUM.

Agitur de Tranſlatione Penſionis. Quid ipſa ſit? Et quot modis transferatur? Oſtenditur,

quando

Digitized by Google

quando Clericus Penſionarius non incedens in habitu, & tonſura Clericali amittat ipſo facto Penſionem? Diſputatur, Utrùm translatis duabus Penſionibus ſuper duabus diverſis expreſſis Eccleſiis, ſi tertia alia Penſio illicò transferatur, nullâ eſpreſsâ Eccleſiâ, ſupra cujus fructibus ſit exigenda, hæc tertia Translatio ſit nulla? Pro nullitate concluſum fuit pluribus juridicis rationibus hîc relatis de rigore Juſtitiæ: ſed eam Eminentiſſimus Gregorius Cardinalis Barbadicus Epiſcopus Patavinus ſolvere voluit ex fervore charitatis, cujus erga pauperes amplitudinem Auctor ipſe atteſtatur. pag. 30

DISCORDIA IX.

ARGUMENTUM.

Diſſeritur de Penſione ſoluta per Titularem Succeſſorem, etſi debitâ ab ejus Anteceſſore. Relatâ Religionis Melitenſis Antiquitate, Nobilitate, ac Sanctitate oſtenditur, Equites Melitenſes in ea profeſſos eſſe veros Religioſos, incapaces beneficiorum Sæcularium, ac Penſionum ſuper illis, niſi à Papa ſaltem tacitè diſpenſentur. Succeſſor in beneficio tenetur ſolvere Penſiones decurſas tempore Anteceſſoris ob quinque rationes. Diligentiæ non adhibitæ à Penſionario ei non nocent, quando Anteceſſor erat boni nominis; vel Penſionarius erat abſens; aut ipſæ diligentiæ, etiamſi factæ fuiſſent, nihil eſſent profuturæ. pag. 34

DISCORDIA X.

ARGUMENTUM.

Penſio reſervata per Papam *Menſe Majo* ſuper fructibus beneficii vacantis, ſolvenda Anno ſequenti in duobus terminis, *Menſe* ſcilicèt *Martio*, *&* *Septembri*, dicitur Poſticipata; quæ ſemper pendet à fructibus Anni antecedentis. Idcircò ſi Titularis dimittat beneficium pluribus annis ab eo poſſeſſum; ipſe tenetur ſolvere utrumque Penſionis terminum illius Anni, in quo beneficium dimittit, etſi fructus ejuſdem Anni non colligantur ab ipſo, ſed à ſuo Succeſſore. pag. 37

DISCORDIA XI.

ARGUMENTUM.

Penſio Auctoritate Apoſtolicâ ſuper fructibus Eccleſiæ Parochialis per obitum vacantis, quamvis purè, & ſine Clauſula *Dummodò remaneant centum pro Rectore* reſervata, non eſt ſolvenda, ſi fructus non ſufficiant pro congrua Parochi ſuſtentatione, pro publicis gravedinibus, ac aliis neceſſariis expenſis Eccleſiæ. Sufficientia, vel inſufficientia fructuum à quo ſit probanda? Penſionarius an obligari poſſit ad exigendos fructus beneficii cum cautione de ſolvenda congrua ipſi Parocho, & aliis oneribus ſupportandis? In quot Ducatis taxari debeat ipſa congrua? & qualis ſit valor eorundem Ducatorum? pag. 40

DISCORDIA XII.

ARGUMENTUM.

Equites Coſtantinianæ Religionis, etiam S. Georgii, & Aurati nuncupati, non ſunt capaces Penſionum Eccleſiaſticarum ſuper fructibus beneficiorum ſæcularium, niſi in eis concurrant ſimul Clericatus, & Cœlibatus. pag. 44

DISCORDIA XIII.

ARGUMENTUM.

Canonicus electus Menſe Martio ad Præbendam Theologalem, ſuper qua erat reſervata Penſio ſolvenda annis ſingulis, in duobus terminis, Uno ſcilicèt de Menſe Junio, altero de Menſe Decembri, tenetur terminum Menſis Junii ſtatim ſolvere, etſi nondum collegerit fructus Canonicatus; ea ratione, quia paulò poſt eſt illos collecturus, & hujus primi termini ſolutio dicitur anticipata; alterius verò termini poſticipata. pag. 47

DISCORDIA XIV.

ARGUMENTUM.

Debitor Penſionis, qui oſtendit eam ſolviſſe tribus continuatis annis, moleſtari non poteſt à Penſionario pro prætenſo credito ejuſdem Penſionis annorum antecedentium, ſi ei fecerit quietantiam in dictis tribus annis ſubſequentibus abſque ulla proteſtatione crediti decurſorum annorum. pag. 49

DISCORDIA XV.

ARGUMENTUM.

Diſputatur inſignis Quæſtio, Utrùm impetrans novam Penſionem à Papa teneatur ei narrare beneficia, ac alias Penſiones, quas obtinet? Amplectitur opinio negativa, quæ juribus, rationibus, ac auctoritatibus roboratur. Fundamenta contrariæ opinionis reſolvuntur; & oſtenditur, Penſionarium eſſe manutenendum in ſua poſſeſſione exigendi Penſionem, non obſtante quocunque nullitatis prætextu, qui in petitorio tantùm eſt examinandus, non retardata interim Penſionis ſolutione. pag. 51

DISCORDIA XVI.

ARGUMENTUM.

Tria examinantur, & reſolvuntur Quæſita. 1. Utrùm Epiſcopus reſervare poſſit pauperi Eccleſiæ Penſionem ſuper fructibus pinguis beneficii.

2. An

Digitized by Google

Index Argumentorum.

2. An Penſionarii extinguere poſſint ſuas Penſiones anticipatis ſolutionibus ſine licentia Papæ?
3. An ſufficiat conſenſus Capituli pro affrancanda Penſione, Sacriſtiæ ſuæ egenti per Epiſcopum reſervata? pag. 55

DISCORDIA XVII.

ARGUMENTUM.

Penſio exacta à Penſionario, & per Titularem Prædeceſſorem ei annis 30. continuis ſoluta, impugnari non poteſt à Succeſſore in beneficio ſub prætextu tenuitatis fructum ejus. Ipſe Succeſſor compellendus eſt ad ſolutionem, non ſolùm in judicio poſſeſſorio Summariiſſimo, ſed etiam in petitorio; maximè ſi concurrant aliæ præſumptiones circa ſufficientiam fructuum hîc recenſitæ, præſertim ex confeſſione Titularis in Viſitatione Epiſcopali, & in æſtimo publico beneficii. pag. 59

DISCORDIA XVIII.

ARGUMENTUM.

Nulla, & invalida eſt impetratio ſecundæ Penſionis, in qua narrata Papæ non fuit alia Penſio antiqua ſuper eodem beneficio reſervata; quamvis taciturnitas proceſſerit ex juſtâ ignorantiâ, & ex defectu notitiæ prædictæ antiquæ Penſionis. Penſio non exacta per annos 20. non dicitur extincta, imò nec per annos 30. eò quia in annuis præſtationibus non ſolutio per annos 30. præſcribit tantùm unius anni ſolutionem. pag. 61

DISCORDIA XIX.

ARGUMENTUM.

Qualitas Nobilitatis Venetæ narrata Papæ ab impetrante Penſionem, ſi in eo vera non ſit, Penſio remanet invalida, & nulla. Filii generati à Patre Nobili, ſed extra Matrimonium, & ex concubina ignobili, non gaudent nobilitate Patris, nec poſſunt dici Nobiles. pag. 64

DISCORDIA XX.

ARGUMENTUM.

Quia ſæpè Heredes Penſionarii defuncti petunt à Titulari Penſionem illius anni, in quo Penſionarius moritur; Diſputatur, Quid, & Quantum iiſdem Heredibus ſit ſolvendum? Referuntur quatuor opiniones, quarum Primâ, & Secundâ rejectis, approbatur Tertia ex æquitate, quæ concedit Heredibus Penſionem pro rata temporis, à die ejus reſervationis uſque ad diem mortis Penſionarii. Nec non Quarta, quæ vult de rigore juſtitiæ nihil deberi heredibus, ſi nondum fructus ſint eo anno à Titulari collecti; aut aliquid tantummodò ad ratam fructuum, eodem anno, ante obitum ipſius Penſionarii collectorum. Excipitur, ſi Penſio ſit poſticipata, & ex fructibus anni præcedentis ſolvenda; quia tunc integra debetur Heredibus Penſionarii. pag. 67

DISCOR-

Digitized by Google

DISCORDIÆ FORENSES DE PENSIONIBUS ECCLESIASTICIS.

DISCORDIA I.

ARGUMENTUM.

Examinatur Quæſtio illa famoſa, *Utrùm Epiſcopi licitè, & validè poſſint reſervare Penſiones ſuper Beneficiis vacantibus, per eos conferendis?* Et reſolvitur Affirmativè, ſi concurrat una ex quinque cauſis hîc relatis; ac ſerventur ſeptem requiſita hîc recenſita.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione ſunt conferenda.*
2 *Penſiones ab Epiſcopis non conferendæ ex Conſt. 85. B. Pii V. quæ ſint?*
3 *Penſiones ex Decreto Pauli IV. à ſolo Papa imponendæ. Et de eodem Decreto* num. 36.
4 *S. Congr. Conc. declaratio, quod Epiſcopi Penſiones non reſervant.* Et num. 38.
5 *DD. tenentes, quod Epiſcopi non poſſunt reſervare Penſiones.* Et num. 6.
7 *Papa ſolus juxtà Stylum Curiæ Penſiones reſervat.*
8 *Beneficio non vacante, ſuper eo Penſio non imponitur.*
9 *Beneficium vacans non eſt onere Penſionis gravandum.*
10 *Collatio Beneficii cum pacto ſolvendi Penſionem illicita.*
11 *Collatio Beneficii per Epiſcopum facta cum reſervatione Penſionis Romæ impugnata.*
12 *Doctores tenentes poſſe Epiſcopum reſervare Penſiones ſuper Beneficiis.*
13 *Rota Romana eandem opiniònem tenens.*
14 *Penſio à Papa reſervari poteſt ſine cauſa; non autem ab Epiſcopo.*
15 *Cauſæ quinque, ob quas Epiſcopi poſſunt reſervare Penſiones.*
16 *Eccleſia indiget viris Litteratis.*
17 *Scholari pauperi poteſt Epiſcopus reſervare Penſionem.*
18 *Concordiæque cauſa, & ad lites finiendas.*
19 *Fructus ad coæquandos inter permutantes Beneficia Epiſcopus Penſionem reſervat.*
20 *Penſio tranſmiſſibilis ad ſucceſſores in beneficio à ſolo Papa reſervatur.*
21 *Parocho ſeni renuncianti beneficium poteſt Epiſcopus reſervare Penſionem.*
22 *Parochus ſenex, & inhabilis non eſt cogendus ab Epiſcopo, ut beneficium renunciet.*
23 *Benemeritis de Eccleſia poteſt Epiſcopus reſervare Penſionem. Et qui tales ſint?*
24 *Juſtitia cauſæ, ob quam eſt reſervata Penſio, debet concludenter probari.*
25 *Laicis ſolus Papa reſervare poteſt Penſionem.*
26 *Fructus beneficii dicuntur quid ſpirituale, tanquam dependentes à titulo ſpirituali.*
27 *Laicis, ac Clericis conjugatis prohibitum eſt reſervare Penſiones.*
28 *Penſio non eſt reſervanda per viam Quotæ.*
29 *Penſio tranſmiſſibilis in ſucceſſores beneficii, An ab Epiſcopis poſſit imponi?*
30 *Ducati centum annui remanere debent Parocho penſione gravato.*
31 *Penſio pro perſona nominanda ab Epiſcopo reſervari non poteſt.* Et num. 35.
32 *Penſiones ex pacto inter partes ſuper beneficiis impoſitæ ſunt Simoniacæ.*
33 *Simoniacus non eſt tractatus de Penſione reſervanda cum Superioris conſenſu.*
34 *Penſionem expectans ab Epiſcopo ſi officia faciat pro beneficio alicui conferendo, Penſio eſt Simoniaca.*
35 *Penſiones ſibi ipſis Epiſcopi reſervare non poſſunt.*
39 *Rotæ Romanæ ab opinione non eſt recedendum.*
40 *Fagnani opinio quod Epiſcopi poſſunt reſervare Penſiones.*
41 *Conſenſus proviſi de beneficio ab Epiſcopo circà Penſionem ſolvendam non eſt illicitus.*
42 *Card. Gregorius Barbadicus parciſſimus in Penſionibus imponendis. Et qua methodo eas reſervabat?*
43 *Cardinalis de Luca* Diſc. 41. de Penſionib. *cenſura.*
44 *Doctoribus legentibus magis credendum, quàm conſulentibus. Et cur?*
45 *Advocatorum Officium periculoſum in foro Poli.*
46 *Cardinalis de Luca opinio, quod Epiſcopi poſſint ſuper beneficiis reſervare Penſiones.*

Digitized by Google

QUod de ſeipſo narrat Emin. Cardin. de Luca *in Tract. de Penſionib. diſcur. 40. in princ.* videlicèt, ſe fuiſſe conſultum ex parte Archiepiſcopi Meſſanen. *de Anno* 1652, An ſuper beneficiis liberæ collationis, per ipſum providendis, reſervare poſſet Penſiones, præſuppoſitâ beneficii capacitate; & qualia requiſita deſuper deſiderentur? Idipſum de memetipſo aſſeverare poſſum; quem Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus, Glorioſæ Memoriæ, Georgius Cornelius Epiſcopus Patavinus; (à quo ſtatim poſt adeptam Doctoratus Lauream ad munus Promotoris Fiſcalis in hac ejus Curia Epiſcopali Patavina promotus fui) non dedignavit conſulere ſuper eâdem facultate; & de eâdem non ſemel me requiſivit Eminentiſſimus, ac Reverendiſſimus Ven. Record. Gregorius Cardinalis Barbadicus Patavinus Antiſtes Succeſſor; & Utriuſque petitioni ut debita cum reverentia, ac in ſenſu veritatis ſatisfacerem, hæc quæ ſequuntur, de poteſtate Epiſcopi imponendi Penſiones ex Doctoribus, ac Rotalibus Deciſionibus, conſcripſi, & collegi.

Prima autem facie videbatur dicendum, non poſſe Epiſcopos ſuper beneficiis per eos conferendis Penſiones imponere. Siquidem:

Primò, in Jure Canonico ſtatutum eſt, ut beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione conferantur. *cap. Si quis Præbendas.* 1. *q.* 3. *cap. Majoribus. cap. Vacante, & cap. Cum cauſam. De Præbend.* Idque ex-
1 preſsè repetendo præcipit, & præcipiendo repetit Summus Pontifex Innocentius III. reſcribens Archiepiſcopo Mediolanenſi, ut legitur *in cap. Unic. Ut Eccleſ. Benefic. ſine diminut. confer.* Sed Epiſcopus imponens Penſionem ſuper beneficio illud confert cum diminutione fructuum, ac redituum; nam *Penſio eſt jus percipiendi fructus ex alieno beneficio.* Maſtrius *in Theol. Moral. diſp.* 14. *num.* 74. Ergo Penſionem imponere non poteſt.

Secundò; quia inter alios actus Simoniæ Confidentialis in collatione beneficiorum recenſetur impoſitio Penſionis, ut habetur *in Conſtitut.* 85. B. Pii Quinti Incipien. *Intolerabilis. diei prima Junii Anni* 1569. cujus in §. 2. hæc ſunt verba: *Itidem ſi Ordinarius, vel alius*
2 *Collator contulerit antehâc, aut conferat in futurum, beneficium Eccleſiaſticum, quovis modo vacans, ea conditione tacita, vel expreſſa, ut poſtea in alterum pro arbitrio Collatoris, ſeu alterius cujuſcunque contra juris communis ordinationem diſponatur, ſivè ut de eo proviſus* (notetur) *fructus illius, vel partem ad utilitatem, vel libitum conferentis, vel decedentis, aut alterius relinquat, & remittat: ſeu PENSIONEM illi, vel illis, quem, vel quos idem Collator, aut cedens, vel alius per ſe, vel alium, ſcripto, aut verbo juſſerit, ſeu ſignificaverit, perſolvat.* Ergo vetitum eſt Epiſcopis collatoribus beneficiorum, in eorum collatione imponere Penſiones ſub culpa Simoniæ confidentialis, & pœnis in eadem Piana, aliiſque Pontificiis Conſtitutionibus contentis; ut conſiderat, & notat Pariſius *De Confiden. Benefic. quæſt.* 28. *num.* 120. ubi relatis ſupraſcriptis verbis Bullæ B. Pii V. inquit: *Ex quibus videtur tolli Epiſcopis facultas conſtituendi Penſiones ſuper beneficiis per eos collatis.*

Tertiò, nam ulteriùs id prohibitum fertur à Paulo Papa IV. ejuſdem B. Pii V. Succeſſore, ut teſtatur
3 Mandoſius *in tract. de Signat. Gratiæ in tit. de Penſionib. Verſ. Hodie. pag.* 61. *terg.* ita ſcribens: *Hodie ex decreto Pauli Quarti non poteſt Penſio ſuper beneficio, de quo alicui per obitum vacante providetur, imponi abſque ipſius Papæ expreſſa licentia.*

Quartò, quia ſic declaratum eſſe à Sacra Congregatione Concilii refert Granutius ad Simonettam *de*
4 *Reſervat. q* 62. *num.* 295. cujus Declarationis verba tranſcribit Garzias *de Beneficiis part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 299.

Quintò, quia plurimi tùm Theologi, tùm Canoniſtæ tenent non poſſe ab Epiſcopis imponi Penſiones ſuper beneficiis in eorum collatione, quia talis poteſtas eſt ſolius Papæ. Ita Lopez *in Inſtruct. Conſcient. tom.* 1. *cap.* 303. Sotus *de Juſt. & Jur. lib.* 9. *quæſt.* 7. *art.* 2. Salonius 2. 2. *q.* 93. *art.* 2. *controv.* 6.
5 Emin. Cardin. Toletus *in Summ. lib.* 5. *cap.* 84. ubi *num.* 1. ſic ſcribit: *Nullus poteſt ullam retinere Penſionem ſuper bona Eccleſiaſtica ſine diſpenſatione. Hæc autem non pertinet ad ullum Prælatum, niſi ad ſolum Papam; quamvis hoc ex jure non conſtet, ſed ex conſuetudine ſola.* Hoc idem repetit *eod. lib.* 5. *cap.* 93. *in fin.* his verbis: *Non eſt prohibitum jure Epiſcopis imponere Penſiones: ob conſuetudinem tamen, & communem Stylum Romanæ Curiæ, ſi quis ſine Summi Pontificis facultate Penſiones haberet, Simoniacus eſſet.* Hanc ſententiam amplectuntur etiam Leſſius *de Juſt. & Jure lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 206. nec non Ledeſma, atque Suarez *de Relig.* quos allegat Garzias *de Benefic. d. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 306.

Sextò, quia plures etiam ex Canoniſtis, ac Beneficialiſtis tenent, Epiſcopos hac facultate eſſe deſtitutos; & inter cæteros Rebuffus *de Reſervationib. tàm*
6 *general. quàm ſpecial. in Praxi.* Zechus *de Benefic. cap,* 11. *num.* 2. Pariſius *de Confiden. d. quæſt.* 28. *num.* 120. Ugolinus *de Offic. Epiſc. cap.* 52 §. 1. *num.* 7. Idem Ugolin. *de Simonia Tabul.* 1. *cap.* 28. §. 3. *num.* 6. Et, aliis relictis, Zerola *part.* 1. *Verb. Simonia. dub.* 3. ubi cum dixiſſet, eſſe Simoniacam Penſionem à duobus litigantibus de beneficio inter ſe concordatam, ſubdit: *Quid ſi dicta Penſio poſita fuiſſet de conſenſu Epiſcopi, Utrùm fuiſſet Simoniaca? Reſpondetur Affirmativè per dicta ſuperiùs; & quia Epiſcopus non poteſt conſtituere Penſionem, ut dictum eſt ſupra in Verb. Penſio.*

Septimò, quia noviſſimè Illuſtriſſimus Fagnanus, qui longo tempore fuit Sacræ Congregationis Concilii Secretarius, videtur hanc facultatem Epiſcopis negare; ſiquidem *in cap. Niſi eſſent. num.* 31. *de Præ-*
7 *bend. tom.* 4. diſputans ex profeſſo de hac facultate, tandem ſic concludit: *Quidquid tamen ſit de Jure, uſus Sedis Apoſtolicæ ubique receptus habet, ut ſolus Papa penſiones reſervet.*

Octavò, quia ſecundum Canoniſtas, & Theologos non reperitur tempus, ac modus, quibus poſſint Epiſcopi imponere Penſionem ſuper beneficio. Nam vel volunt eam imponere eo non vacante; & hoc eſt
8 prorsùs injuſtum, quia nulli beneficiario, poſſidenti liberè fructus ſuæ Præbendæ, eſt illi imponendum onus; ut in terminis ſcribit Innocentius *in cap. Unio. num.* 6. *Ut Eccleſ. Benefic.* & notat ipſemet Fagnanus *in cit, cap. Niſi eſſent. num.* 22. *de Præbend.* Vel volunt imponere Penſionem beneficio vacante; & hoc pariter non eſt licitum; quia cum nullus ſit Rector, qui poſſit conſentire, onus reale ſuper eo imponi non poteſt, nec obligari Succeſſor, ut docent omnes DD. in *eod. cap. Niſi eſſent. de Præben.* videlicèt Innocentius, Hoſtienſis, Jo: Andreas, Butrius, Cardin.
9 Zabarella, Imola, & alii, quos citat, & ſequitur ipſemet Fagnanus in *eod. cap. Niſi eſſent. num.* 23. ita dicens: *Et hinc fit, ut ſuper fructibus beneficii vacantis minimè poſſit Epiſcopus Penſionem alteri reſervare, quia non eſt ibi Rector, qui poſſit conſentire;* quod repetit etiam *ſub num.* 53. ubi adducit Rotam hoc idem dicentem in *Meliten. Penſionis* apud Marcheſan. *de Commiſſionib. part* 1. *pag.* 611. Vel eandem Penſionem imponunt in actu collationis beneficii, exigentes à proviſo promiſſionem, ac pactum eam ſolvendi; & hoc eſſe illicitum teſtantur omnes DD.
10 quia talis collatio cum hoc pacto, & promiſſione eſt Simoniaca; ut probat Fagnanus *in eod. cap. Niſi eſſent. num.* 18. his verbis: *Quando Epiſcopus confert beneficium cum pacto, ſeu conditione ſolvendi Penſionem, hoc eſt Simoniacum, ut patet in hoc cap. ibi: non quidem ex pactione partium &c. Et eſt ratio, quia omne pactum, & omnis modus, & conditio, quæ jure non ineſt, adjecta collationi beneficii, efficit eam Simo-*

niacam,

Digitized by Google

niacam, *ut cap. Quàm pio. 1. q. 2. cap. fin. de Pactis*. Navarrus *conſ. 4. de Simon.* Rebuffus *de Pacific. poſſeſſor. num. 122. aliàs* 105. & Redoan. *de Simon. part. 2. cap. 14. in fin. & cap.* 22. quam objectionem iterùm facit Fagnanus *ibid. num.* 55. Quare non videtur, quomodo poſſint Epiſcopi licitè imponere Penſionem ſuper beneficiis ad eorum diſpoſitionem ſpectantibus.

Nonò tandem, quia noviſſimè Emin. Card. de Luca *in d. tract. de Penſionib. diſc.* 41. cum Epiſcopus Vintimilien. habito concurſu, ac ſervata forma Concilii Tridentini, contuliſſet magis idoneo Parochialem, ſed in actu eam conferendi reſervaſſet Penſionem quinquaginta librarum ad favorem ſui Vicarii Generalis ex motivo paupertatis, ac infirmæ valetudinis, durante vita, ac poſſeſſione proviſi, qui in continenti, & antequam poſſeſſionem obtineret, in actis Curiæ Epiſcopalis ad dictæ Penſionis ſolutionem ſe obligavit; quidam Alexander Caſanova eandem collationem tanquam Simoniacam accuſavit, ac ipſammet Parochialem ſibi à Sede Apoſtolicâ conferri
11 obtinuit; & pendente Diſcordia ſuper hac impetratione, ipſe Emin Card. de Luca tunc Advocatùs Romanæ Curiæ non habuit ſcrupulum patrocinari, ac defendere prædictum impetrantem, & allegationibus ſuis oſtendere, collationem Epiſcopalem ob illius Penſionis impoſitionem fuiſſe Simoniacam ex juribus, ac rationibus præcipuè per Fagnanum *in d. cap. Niſi eſſent. de Præbend.* latiſſimè deductis. Quare cum antedictus Emin. Card. de Luca ſemper profiteatur ſe ſcribere in ſenſu Veritatis; & ſuis ſcriptis, diſcurſibus, ac allegationibus hunc titulum impoſuerit *Theatrum Veritatis*; videtur affirmandum, & concludendum, Epiſcopos in collatione beneficiorum Penſiones imponere non poſſe.

His tamen minimè obſtantibus, contrarium aſſerunt omnes Doctores non ſolùm antiqui, ſed etiam moderni; tàm Canoniſtæ, ac Beneficialiſtæ, quàm Theologi Scholaſtici, ac Morales, & præcipuè Gloſſa 2. *in cap. Audivimus. De Colluſ. detegen.* Innocent. & Abb. *in cap. De Cætero. De Tranſact.* Oldrad. *conſ.* 226. Felinus *in cap. Ad audientiam il 2. num. 2. De*
12 *Reſcript.* Sarnen. *in Compend. Utriuſque Signatur. quæſt. 56. num. 86.* Redoan. *de Simonia part. 2. cap. 14. num. 27. & cap. 21. num. 36.* Navarrus *conſ. 43. num. 4. de Simon.* Ancharan. *conſ.* 279. Decius *in cap. Ex parte il 1. num. 16. De Offic. Deleg.* & *in conſ. 436. num. 12.* Pariſius *de Confiden. d. quæſt. 28. num. 120.* Garzias *de Benefic. d. part. 1. cap. 5. num. 295. & ſeqq.* Rebuffus *de Pacific. Poſſeſſor. num. 13. & ſeqq.* Gigas *de Penſionib. quæſt. 6.* Gonzalez *ad Reg. 9. Cancell. gloſſ. 5. §. 5. num. 27.* Barboſa *de Offic. & Pot. Epiſc. alleg. 85. num. 11.* S. Thomas *2. 2. quæſt. 100. art. 4. in fin.* Layman *Theolog. Morali lib. 4. tract. 2. cap. 18. q. 3.* Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 4. de Simon. cap. 27. num. 37. & cap. 51. num. 18.* Sà *Verb. Penſio num. 5.* Sanchez *in Conſil. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 42. num. 5.* Maſtrius *in Theolog. Moral. diſp. 14. num. 75.* Filliucius *tract. 42. cap. 2.* Gratian. *Diſcept. Forenſ. tom. 4. cap. 617. per totum*; & aliis omiſſis Pax Jordanus *tom. 2. lib. 9. tit. 1. à num. 489. & ſeqq.* ubi alios DD. cumulat, hanc facultatem imponendi Penſionem Epiſcopis concedentes; quibus noviſſimè adſtipulatur Tondut *de Penſionib. cap. 1.* & Nicol. Noalis Advocatus Venetus *conſ. 47. num. 1.* ubi extendit hanc facultatem etiam Abbati Narviſiæ. Et iiſdem adhæſiſſe reperitur plu-
13 ries Rota Romana videlicèt *part. 1. Diverſor. deciſ. 519. num. 3.* Et *in recentioribus part. 2. deciſ. 166. num. 5. part. 5. deciſ. 386. num. 3.* atque *part. 6. deciſ. 94. num. 6.* prout etiam *coram Card. Millino deciſ.* 104. adeòut abſque ſcrupulo tenenda ſit opinio affirmativa; ita tamen, & non aliter, ut in hac reſervatione per Epiſcopum facienda ſeptem concurrant Requiſita. Quorum

Primum eſt, ut pro reſervanda Penſione interveniat juſta cauſa; ſi quidem, ut ait Fagnan. *in d. cap. Niſi eſſent. num. 16. de Præbend. tom. 4. Hæc eſt differentia inter Papam, & Epiſcopum, quia Papa*
14 *poteſt reſervare Penſionem abſque eo, quod ullam exprimat cauſam, cum ſit ſupra omne jus humanum poſitivum; & in beneficialibus pleniſſimam habeat poteſtatem. cap. Propoſuit. de Conceſſ. Præben. cap. 2. de Præbend. lib. 6. Clem. 1. in fin. Ut lite penden. Epiſcopus verò hoc non poteſt ſine juſta cauſa, & concernente utilitatem Eccleſiæ; aliàs reſervatio nulla eſt, & invalida.* Coraſius *de Benefic. part. 1. cap. 4. num. 13. & alii apud.* Nicol. Garziam *eod. tract. part. 1. cap. 5. num.* 322. Porrò quinque recenſentur cauſæ juſtæ, ob
15 quas Epiſcopi poſſunt ſuper beneficiis reſervare Penſiones. *Una* earum eſt pro aliquo Clerico paupere, ut poſſit vacare ſtudiis. Jordanus *d. lib. 9. tit. 1. ſub num.* 496. Emin. Card. de Luca *de Penſionib. diſc. 40. n. 3.* Tondut *eod. tract. cap. 1. num. 2.* ratio eſt, quia ſicut ex defectu Virorum Litteratorum Eccleſia dicitur magnum diſpendium pati, ac jacturam. *cap. Cum ex eo. De Elect. in 6.* ita à Viris Litteratis ipſa percipit magnam utilitatem. Jo: Monachus *ibid. num. 1.* nec non Ancharan. & Geminian. qui propterea concorditer dicunt, quod *Eccleſia Dei ſummè indiget Viris Littera-*
16 *tis, non porcis, vel aſinis ferratis*; & ideò ubi agitur de aliquo Clerico ſtudiis operam dante, Eccleſia ſemper eſt liberalis erga illum, ac privilegiis ipſum exornat. *d. cap. Cum ex eo.* & Concil. Trident. *ſeſſ. 5. de Ref. cap. 1.* ubi hæc verba. *Docentes verò ipſam Sacram Scripturam, dum publicè in Scholis docuerint; & Scholares, qui in ipſis Scholis ſtudent, privilegiis omnibus de perceptione fructuum Præbendarum, & beneficiorum ſuorum in abſentia à jure communi conceſſis plenè gaudeant, & fruantur.* Igitur pro ſubveniendo Clerico Scholari paupere juſta eſt cauſa imponendi Penſionem per Epiſcopum ad ejus favorem, ut
17 expreſsè dicit Rota coram Emin. Card. Millino *deciſ. 104. num. 3.* his verbis: *Cauſa autem, quâ motus fuit Epiſcopus, viſa eſt Dominis juſta; quia Blaſius (Penſionarius) erat originarius Meliten. & pauper; & in Urbe Sacris Litteris operam dabat, quæ cauſa reſpicit utilitatem non ſolùm illius particularis Eccleſiæ; ſed etiam univerſalis, quæ ad ſui regimen Viris Litteratis maximè indiget. cap. Cum ex eo. De Elect. in 6. cap. Licet vobis. & cap. De multa. De Præbend.* Concordat eadem Rota *part. 2. recent. deciſ. 166. num. 5.* ubi ſic: *Juſtæ fuerunt cauſæ illæ, quas Epiſcopus in reſervatione hujus Penſionis expreſſit, videlicet amoris, quo Nepotem ſuum proſequebatur, ad text. in cap. Dilecto. ubi notat Abb. Innoc. Imola, & alii de Præbend. & quo commodiùs Sacræ Theologiæ operam dare poſſet.*

Secunda cauſa, ob quam Epiſcopus reſervare poteſt Penſionem ſuper beneficio, eſt ad tollendam litem ſuper eo vertentem; & ad firmandam pacem, & concordiam inter litigantes occaſione illius. *d. cap. Niſi eſſent. De Præbend.* Riccius *deciſ. 268. num. 2.* Jorda-
18 nus *d. tom. 2. lib. 9. tit. 1. num. 496.* cum enim lites, & jurgia ſint maximum malum. *cap. Illud etiam. 2 quæſt. 6.* & è contra ſummum bonum ſit pax, concordia, & tranquillitas inter Miniſtros Eccleſiæ, ut demonſtrat Paulus Rubeus *in addit. ad Rotam part. 3. recent. deciſ. 12. à num. 66. & ſeqq.* ubi Joannis Baptiſtæ Mantuani Poetæ refert carmina hæc:

Pax plenum virtutis opus: Pax ſumma laborum;
Pax belli exacti pretium eſt, pretiumque pericli.
Nil placidum eſt ſine Pace Deo; nec munus ad aram.

Idcircò pro conſervanda pace, & concordia; & ut homines recedant à litibus multa de jure conceduntur, quæ aliàs licita non eſſent. *cap. His, quæ.* ibi *pro bono pacis. De Maiorit. & Obed. cap. 2. de Arbitr. cap. 1. de Mutuis petition.* ibi *concordia terminetis. cap. fin. de Tranſact.* & *l. Æquiſſimum. ff. de Uſufruct.* Mandoſius *in addit. ad Romanum conſ. 306. Litt.* D. Pariſius *de Reſignat. lib. 5. cap. 3. à num. 165. & ſeqq.*

& latè Gonzalez *ad Reg. 9. Cancell. gloſſ. 25. num. 12.* & inter cætera conceditur facultas Epiſcopo reſervandi Penſionem uni ex collitigantibus ſuper beneficio, ut recedat à lite. Emin. Card. de Luca *de Penſionibus d. diſc. 40. num. 2.* Rota *part. 1. diverſ. d. deciſ. 519. num. 3.* eadem Rota *part. 5. recent. d. deciſ. 386. num. 3.* atque *part. 6. deciſ. 94. num. 6.* Noviſſimè Tondut *de Penſionib. cap. 39. num. 8.* ubi benè advertit, quod Lis non debet eſſe ficta, ac ſimulata ſuper aliquo imaginario prætextu, ad effectum tranſmittendi in aliquem ipſum beneficium, & pro ſe retinendi Penſionem; ſiquidem in hoc caſu irrita eſſet Penſionis reſervatio, & beneficium tanquam vacans ex delicto poſſet ab alio impetrari, ut *in cap. Audivimus. 3. de Colluſ. detegen.* Garzias *de Benefic. part. 1. cap. 5. num. 280.* Julius Clarus *in Praxi Criminal. §. fin. quæſt. 73. num. 7.* & Rota coram Verallo *part. 2. deciſ. 298. num. 2. & 3.* Cæterùm ubi ceſſet fictio, & Lis ex juſto motivo agitabatur inter duos ſuper eodem beneficio, poteſt Epiſcopus, ut fiat receſſus à lite, reſervare uni eorum cedenti jura ſua honeſtam Penſionem ſuper fructibus ejuſdem beneficii, ut docent præter ſupracitatos DD, etiam Suarez *de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 51. num. 20.* Azorius *part. 2. lib. 8. cap. 6. quæſt. 1.* Franc. Leo *in Theſaur. fori Eccleſ. part. 2. cap. 7. num. 28.* Barboſa *in Collect. DD. ad cap. Ad quæſtiones num. 4. De Rerum Permut. tom. 1.* & alii, quos allegat Garzias *d. part. 1. cap. 5. à num. 348.*

Tertia cauſa, quam Canoniſtæ, ac Theologi juſtam recenſent pro reſervanda per Epiſcopum Penſione, eſt ad coæquandos fructus in permutatione beneficiorum, ſi coram illo à duobus Beneficiatis fieri contingat, juxta text. *in cit. cap. Ad quæſtiones. De Re-*
19 *rum Permutat.* Ita Navarrus *conſil. 43. de Simonia num. 4.* Jordanus *d. tom. 2. lib. 9. cap. 1. num. 496.* Riccius *d. Reſol. 268. in princ.* Gonzalez *d. gloſſ. 5. §. 5. num. 27. in fin.* nec non *gloſſ. 14. num. 28.* Ancharanus *conſ. 279.* Franc. Leo *in Theſaur. fori Eccleſ. d. part. 2. cap. 7. de Penſionib. num. 7.* & Barboſa *in Collect. DD. ad cit. cap. Ad quæſtiones. num. 3. de Rer. permut.* ubi ex Theologis hoc idem docentibus allegat Valentiam *tom. 3. ſuper 2. 2. diſp. 6. quæſt. 16. punct. 3.* & Leſſium *de Juſtit. & Jur. lib. 2. cap. 34. num. 205. & cap. 35. num. 101. & ſeqq.* Subdit tamen, Suarezium, Azorium, & alios, quos etiam citat Garzias *de Benefic. d. part. 1. cap. 5. num. 345.* opinari antedictam Penſionis reſervationem fieri non poſſe ab Epiſcopo, ſed opus eſſe auctoritate Papæ; in praxi tamen ego vidi contrarium obſervari, & in prædicta permutatione pro coæquandis fructibus Penſionem reſervari per Epiſcopos; quamvis hanc praxim deteſtetur etiam Tondutus *in eod. tract. de Penſionib. cap. 16. num. 12. & num. 20.* aſſerens neceſſariam eſſe ſuper hujuſmodi reſervatione auctoritatem Apoſtolicæ Sedis, ut etiam ſentiunt Sanchez *in Conſil. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 38. num. 12.* Bonacina *de Simon. diſp. 1. q. 4. §. 13. num. 9.* & Lotterius *de Re benefic. lib. 1. quæſt. 35. num. 20.* qui
20 tamen intelligendi ſunt vel ſecundum Stylum Romanæ Curiæ; vel de Penſione perpetuâ, quæ afficiat etiam Succeſſorem in beneficio; itaut hæc à ſolo Papa reſervari poſſit, illa verò, quæ durat tantùm durante vita Penſionati compermutantis, poſſit etiam ab Epiſcopo reſervari ex traditis per Gratian. *Diſcept. Forenſ. d. cap. 617. num. 15.* & per Fagnanum *in cit. cap. Niſi eſſent. à num. 39. de Præbend. tom. 4.*

Quarta cauſa, inter legitimas à Doctoribus reputata, eſt reſervatio Penſionis pro alimentis Parochi ſenis, vel infirmi renunciantis liberè Parochialem in manibus Epiſcopi; ipſe enim Epiſcopus poteſt eidem
21 ſeni, vel infirmo congruam Penſionem reſervare ex fructibus Eccleſiæ, quam ſponte dimiſit, ut ex eis vivere, ac ſuſtentari poſſit; prout concedunt omnes Canoniſtæ tàm antiqui, quàm moderni, inter quos Ancharan. *conſ. 279.* Felinus *in cap. Ad audientiam. il 2. num. 2. Verſ. Secunda concluſio. De Reſcript.* Decius *in cap. Ex parte. il 1. num. 16. De Offic. Delegat.* ac etiam *in conſ. 436. Viſa inſtructione num. 12.* Caccialupus *de Penſion. quæſt. 4. num. 3. & quæſt. 5.* Gigas *eod. tract. quæſt. 6. num. 3. & 4.* ubi alios allegat; quos noviſſimè ſequuntur Pariſius *de Confiden. d. q. 28. num. 120.* Gratian. *Diſcept. Forenſ. d. cap. 617. num. 6.* Jordanus *d. tom. 2. lib. 9. tit. 1. num. 496.* Burſat. *tom. 2. conſ. 126. ſub num. 90. Verſ. Quintò.* & Fagnanus *in cit. cap. Niſi eſſent. num. 35. de Præbend. tom. 4.* ubi ita ſcribit: *Epiſcopus, ceſſante pactione qualibet partium ex ſuo puro, & mero officio poteſt providere, ut unus teneatur dare ſeni, & debili reſignanti beneficium annuam penſionem ad vitam ejus ſuſtentandam.* Eſt tamen verum, quod hic caſus rarò eſt practicabilis, quia ſi Parochus factus eſt ſenex, vel inhabilis ad exer-
22 cendam curam, non eſt cogendus ab Epiſcopo, ut renunciet beneficium, cum promiſſione ei reſervandi penſionem; quia id prohibitum eſt in jure, ut legitur *in cap. Ex parte tua. 5. De Clerico ægrotan.* ubi Innocentius Tertius Archiepiſcopo Arelaten. ita reſpondit: *Verùm cum ipſum (infirmum) ad ceſſionem compellere non poſſis, nec debeas ullo modo; nec afflicto afflictio ſit addenda; imò potiùs ipſius miſerendum &c. mandamus, quatenùs illi coadjutorem aſſocies &c.* Idcircò Epiſcopi nec debent, nec poſſunt cogere beneficiatum ſenem ad renunciandum beneficium, quia eſt quædam ſpecies violentiæ; ſed ei tenentur aſſignare Coadjutorem cum congrua portione fructuum, habito reſpectu ad redditus beneficii, ex quibus Parochus ſenex, infirmuſvè vivere valeat; ſic enim ejus neceſſitati meliùs conſulitur, quàm per reſervationem Penſionis prævià renunciatione beneficii; ob moralem certitudinem, quod novus Parochus non erit promptus, ac fidelis in ſolvenda Penſione, in magnum detrimentum, ac incommodum ejuſdem Parochi ſenis, ſeu infirmi, ut docet experientia; quâ Summi Pontifices edocti decreverunt in ſimilibus caſibus dandum eſſe Coadjutorem, *ut in cap. 1. cap. 3. & cap. penult. & ult. eod. tit. de Cleric. ægrotan.*

Quinta tandem cauſa juſta aſſignatur à DD. ſi perſona, cui Epiſcopus vult aſſignare, ac reſervare Penſionem ſuper aliquo beneficio, ſit benemerita de Eccleſia, ut inquiunt Burſattus *d. lib. 2. conſ. 126. num. 90. Verſ. Quartò.* ubi allegat textum *in cap. Per tuas. De Donation.* Idem innuit Gigas *de Penſion. in d. q. 6.*
23 *num. 2.* Pariſius *de Confiden. d. q. 28. num. 120.* Jordanus *d. tom. 2. lib. 9. tit. 1. num. 496.* & Tondut *de Penſion. d. cap. 1. num. 5.* ubi allegat Oldrad. *in conſ. 226.* Hæc cauſa ſumpta in abſtracto redolet juſtitiam, quia juſtum eſt, ut benefacienti benefaciamus. *cap. Cum in officiis. De Teſtam. l. Si non ſortem. §. Libertus. ff. De Condition. & demonſtr.* Barboſ. *Axiom. 35. num. 2.* In actu autem practico de facili diſcedit à juſtitia; quia aliquando Antiſtites reſervant Penſiones Familiaribus ſuis tanquam benemeritis, quamvis nomine tenùs tales ſint; eorum enim ſervitium remunerari debet ex fructibus Menſæ Epiſcopalis, non etiam Penſionibus ſuper beneficiis; & idem eſt dicendum de Advocatis, Procuratoribus, Factoribus, Vicariis Generalibus, Cancellariis, ac ſimilibus, qui ſi laborant in ſpiritualibus, vel temporalibus ad favorem Epiſcopi, vel ejus Menſæ Epiſcopalis, ab eadem ſunt detrahenda ſtipendia pro iiſdem Miniſtris, ut factitaſſe S. Carolum Borromæum teſtatur Auctor ejus Vitæ; quapropter non abſque myſterio per Fagnanum quærentem, *An Epiſcopi poſſint reſervare Penſiones?* dictum fuit, hanc eſſe Quæſtionem difficilem, ut legitur *in cit. cap. Niſi eſſent. num. 14. de Præbend.* difficultas enim non ſtat in jure, ſed in facto, ideſt in concurſu cauſæ, quæ verè, & propriè, non autem apparenter tantùm, ſit juſta.

Suppoſita tamen juſtitiâ unius ex quinque cauſis huc uſque relatis, valdè notabile eſt, quod circa eandem juſtitiam dicunt omnes Doctores, videlicèt, non ſufficere, quod cauſa juſta ſubſit, ſed oportere, ut de ea plenè

Digitized by Google

plenè conſtet; nam, ut inquit Jordanus *d. tom.2.lib.9. tit.1. num.498. Aſſertio Epiſcopi non eſt ſatis ad verificandam reſervationis cauſam; ſed aliundè probanda ve-*
24 *nit: non enim creditur ei, cum actum facere liberè nequeat; ſicut neque patri donanti filio propter benemerita creditur, dum teſtatur de meritis filii. Gloſſa, & DD. in l. Si donatione. C. de Collat.* Idemque aſtruit Tondut *de Penſionib. d. cap.1. num.19.* his verbis: *Nec creditur Epiſcopo dicenti ſe Penſionem reſervare ex juſta cauſa: quia quando aliquid fieri non poteſt ſine cauſa, non creditur aſſerenti, niſi aliundè cauſa probetur, ex regula generali quod in probibitis, quando non adeſt cauſa, non probatur cauſam adfuiſſe ex ſola probibiti aſſertione.* Ludoviſius *deciſ.294. num.5. & ibi* Adden. *num.14.* Garzias *d. part.1. cap.5. num.326.* Et concordat poſt prædictos etiam Emin. Card. de Luca *de Penſionib. d. diſc.40. num.4.* ita ſcribens: *Juſta verò cauſa juſtificanda eſt aliundè per extrinſecas probationes; neque in boc defertur ipſius Ordinarii aſſertioni ex generali propoſitione, de qua cæteris relatis apud* Othobon. *deciſ.6.* & Rota *deciſ.224. part.10. recent. & ſæpiùs, ut probibitus facere, dicatur etiam probibitus confiteri, ſeu aſſerere &c.* Gratian. *d. Diſcept.617. num.18. & ſeq.* & Barboſa *alleg.85. num.12.* Et hæc omnia de primo requiſito.

Secundum requiſitum neceſſarium ad hoc, ut Epiſcopus poſſit ſuper beneficijs reſervare Penſionem, illud eſt, quod eam reſervet Clerico, non autem Lai-
25 co; ſiquidem ſolus Papa poteſt conferre Penſiones Laicis non habentibus primam Tonſuram. Navarrus *conſ.34. de Præbend.* Pariſius *de Reſignat. lib.4. q.2. num.7.* Garzias *d. part.1. cap.5. num.15. & 16.* Leſſius *de Juſt. & Jur. lib.2. cap.34. dub. ult.* Jordanus *d. lib.9. tit.1. num.504.* Azorius *tom.2. lib.8. cap.7. §.3.* Pilaja *Inſtit. Pontific. tom.2. lib.3. diſp.3. num.3.* Caſtropalaus *Oper. Moral. part.2. tract.13. diſp.1. punct.11. num.1.* Fagnanus *in cap. Ad audientiam il 2. num.78. de Reſcript. tom.1.* &, cæteris omiſſis, id expreſsè advertit Emin. Card. de Luca *d. tract. de Penſionib. in Summa num.5. & 6.* ubi hæc ejus ſunt verba: *Et quamvis Penſio temporale jus ſuper fructibus potiùs, quàm ſpirituale ſuper beneficio importet, idedque beneficii ſubſtantiam non tangat, neque Penſionario in beneficio, ejuſque adminiſtratione jus tribuat, ac de conſequenti Laici ex juris communis diſpoſitione, vel inſeptione illius capaces exiſtant; quia tamen ipſe Papa de Stylo non ſolet Penſiones reſervare niſi pro Clericis; taliſque in dubio eſt præſumptio, ubi contrarium expreſsè non dicat; dictuſque Stylus per Conſtitutionem B. Pii V. in legem poſitivam tranſiit, cui diſpenſare oportet; binc proindè dictis etiam requiſitis concurrentibus, ex quibus Epiſcoporum, aliorumque facultas reſultet, non niſi pro Clericis id concedendùm eſt, ut inferiores à Superiore normam accipiant.* At ego *infra Diſcord. III.* de hoc latiùs dicam.

Neque attendenda eſt doctrina Gigantis *de Penſion. q.21.* ac Doctorum ibi per eum citatorum, dicentium poſſe Epiſcopum reſervare Laico Penſionem ex fructibus beneficii, conſideratis tanquam quid temporale, prout ſunt ipſi fructus ſeparati, & de per ſe ſumpti; non autem tanquam quid ſpirituale, utpotè annexi, ſeu dependentes à beneficio. Quia dupliciter reſpondetur. Uno modo, quod ipſi fructus
26 ſemper reputantur dependentes à Re Spirituali, nempè, à beneficio, niſi ab eo quoad jus dividantur, ac ſeparentur, eorum autem diviſio, ac ſeparatio ab alio fieri non poteſt, niſi à Papa, ut benè ait Caſtropalaus *d. part.2. tract.13. diſp.1. punct.11. num.1.* Altero modo reſpondetur, quod eorundem Doctorum antiquorum dicta non ſunt ampliùs attendenda, ſtante poſteriori determinatione facta per B. Pium Quintum, qui per ſuam Conſtitutionem *de Anno* 1568. quæ eſt in Bullario novo *tom.2. Conſtit.73.* Incipien. *Sacroſanctum Eccleſiæ Dei Statum &c. in* §.2. Statuit, ut
27 deinceps prætextu quorumcunque Privilegiorum (quæ irritavit, & revocavit) Laici etiam extra conjugium in cœlibatu viventes; ac bigami, & Clerici conjugati nullas novas Penſiones, aut fructus, aut omninò alias res Eccleſiaſticas poſſint habere, vel aſſequi; eaſque amittere, ſi Clerici Penſiones habentes Matrimonium etiam cum unica, ac Virgine contraxerint, ut latiùs *in d. Conſtit.73.* adeòut nunc eadem capacitas exigatur in obtinenda Penſione, quæ requiritur pro ſimplici beneficio obtinendo; ut benè notat Pyrrhus Corradus *Diſpenſat. Apoſtol. lib.2. cap.7. num.23.* Novarius *in Summa Bullar. part.2. commentar.95.* & ibi Navarrus *conſ.11. num.2. de Tempor. Ordin.* Sanchez *de Matrim. lib.7. diſp.44. ſub num.9.* Garzias, alios cumulans, *d. part.1. cap.5. num.121.* quibus conſona eſt Rota *deciſ.20. part.3. diverſ. & part.1. recent. deciſ.158. num.2.* & per conſequens cum Epiſcopus non poſſit Laico conferre beneficium, ita neque Laico valet reſervare Penſionem.

Tertium requiſitum eſt, ut reſervatio Penſionis non fiat ab Epiſcopo per modum Quotæ, videlicèt tertiæ, quartæ, dimidiæ, aut alterius partis fructuum; ſed tantùm per viam quantitatis pecuniæ, aut bladi, vini, & ſimilium; exempli gratia ducatorum quinquaginta; ſeu tot amphorarum vini, ſextariorum fru-
28 menti, &c. nam priori modo cenſeretur beneficium dividere, quod à jure prohibitum eſt. *Cap. Majoribus de Præbend. cap. De cætero. De Tranſact.* Caccialup. *de Penſ. q.6.* Riccius *reſol.268. num.4.* Garzias plurimos citans *d. part.1. cap.5. num.362.* Jordanus *eod. lib.9. tit.1. num.505.* Gratian. *d. Diſcept.617. num.9. & 10.* Antonell. *de Regimin. Mil. Eccleſiæ lib.3. cap.11. num.4.* & Fagnan. *in cit. cap. Niſi eſſent. num.37. de Præbend.*

Quartum requiſitum concernit durationem ipſius Penſionis, ut ſcilicèt ipſa non tranſeat in Succeſſorem beneficii; ſed duret tantummodò ad vitam primi gravati, & uſquequò iſte poſſidebit beneficium. Navarrus *conſ.43. num.4. de Simon. & conſ.8. num.9. de Jurepatron.* Gavantus *in Manual. Epiſc. Verb. Penſionum. 15.* Redoan. *de Simonia part.2. cap.21. num.36.* &, aliis congeſtis, Garzias *d. part.1. cap.5. à num.334.* atque Jordanus *d. lib.9. tit.1. num.506.* Inficiari non poſſumus, quod hoc requiſitum eſt valdè contro-
29 verſum apud Canoniſtas, quorum plurimi opinantur ex aliquibus cauſis poſſe Epiſcopum reſervare Penſionem etiam tranſmiſſibilem ad ſucceſſorem in beneficio, ut fusè diſputando demonſtrat Fagnanus *in cit. cap. Niſi eſſent. de Præbend. à num.32. & ſeqq.* ubi *texx. & DD.* ita ſentientes allegat; ſed ab eis diſſentit *num.40.* fortiſſimis argumentis probans, Epiſcopum ordinariâ auctoritate, vel pro bono pacis, ſeu ex cauſâ concordiæ ad extinguendas lites, non poſſe imponere Penſiones perpetuas, ſeu tranſmiſſibiles ad Succeſſores in beneficio; & hanc eandem ſententiam amplexus eſt Emin. Card. de Luca *de Penſionib. d. diſc.40. num.5.* ita ſubdens: *Eſt benè verum, quod bujuſmodi Penſio, quamvis bæc requiſita concurrant, reſervari non poteſt perpetuò ad vitam Penſionarii, ſed ſolùm conceditur durante vita, vel jure proviſi, ut apud allegatos; ex ea, pro meo judicio, ratione, quod in poteſtate Ordinarii repoſitum non eſt gravare ipſam Eccleſiam; eique onus reale, vel ſervitutem imponere cum continuato effectu, etiam in caſu novæ proviſionis, quæ ad Sedem Apoſtolicam ob reſervationem, vel affectionem ſpectare poteſt; ſed ſolùm ei conceditur facultas gravandi perſonam proviſam.* Quare ita in praxi tenendum, ac ſervandum erit.

Quintum requiſitum in eo conſiſtit, quod quando Epiſcopus vult ex juſtâ cauſâ reſervare alicui Clerico Penſionem ſuper aliqua Eccleſia Parochiali, nequeat id facere, niſi remaneant Ducati centum pro Rectore juxtà Trid. Concil. *ſeſſ.24. de refor. cap.13.* ut firmat Jordanus, alios DD. cumulans, *d. lib.9. tit.1. num.503.* & noviſſimè Fagnanus *in d. cap. Niſi eſſent. de Præbend. num.25.* per hæc verba: *Quartus caſus ſimiliter*

non

Digitized by Google

30 *non dubius eſt in Parochialibus Eccleſiis, quarum reditus ſummam Ducatorum centum ſecundum verum annuum valorem non excedunt: planum eſt enim Eccleſias hujuſmodi nullis Penſionibus, aut reſervationibus fructuum poſſe ab Epiſcopo gravari, reclamante nimirum Concilio Tridentino in cap. 13. §. Ad hæc. ſeſſ. 24. Sed & jure communi inſpecto, oportet, ut detracta Penſione ſuperſint reditus ſufficientes ad ſuſtentationem Rectoris, ut cap. Extirpandæ. infr. eod. & notat. Abb. in cap. Paſtoralis. num. 6. ſupr. De His, quæ fiunt à Prælat. Non enim debet unum Altare diſcooperiri, ut aliud cooperiatur. cap. Cum cauſam. infr. hoc tit. de Præbend.* Cujus autem valoris eſſe debeat Ducatus? dixi ſupra *de Benefic. Diſcord. LXIV.*

Sextum requiſitum eſt, ut Epiſcopus reſervando Penſionem in collatione Beneficii, & de ea ſolvenda conſenſum exigendo à Proviſo, eidem exprimat, ac nominet perſonam, ad cujus favorem facit ipſius Penſionis reſervationem; ſiquidem ſi illam non exprimeret, ſed diceret, ſe eam reſervare pro perſona ſibi be-
31 nè viſa, ac quandocunque nominanda, reſervatio eſſet invalida, tanquam expreſsè prohibita, & comprehenſa ſub caſibus Simoniæ confidentialis, de quibus in *Conſtit.* 85. B. Pii Quinti *ſupr. num.* 2. recenſita, Incipien. *Intolerabilis, dici* 14. *Novembris Anni* 1569. in qua §. 2. damnatur hujuſcemodi Penſionis reſervatio his verbis: *Itidem ſi Ordinarius, vel alius collator contulerit antehàc, aut conferat in futurum beneficium Eccleſiaſticum quovis modo vacans ea conditione tacita, vel expreſſa &c. ut Penſionem illi, vel illis; quem, vel quos idem Collator, aut cedens, vel alius per ſe, vel alium, ſcripto, aut verbo juſſerit, ſeu ſignificaverit, perſolvat:* Idcircò ab omnibus Epiſcopis eſſe omninò abſtinendum à reſervatione Penſionum pro perſonis nominandis; ſed per eis in actu reſervationis perſonam eſſe exprimendam advertunt Fagnanus *in cit. cap. Niſi eſſent. num.* 36. & 37. *de Præbend. tom.*4. & Tondut *de Penſionib. d. cap.* 1. *num.* 16. ubi ſic: *Si Penſio fuiſſet impoſita pro perſona ipſi Epiſcopo benè viſa, & poſtea declaranda, eſſet confidentiaria, & Simoniaca ex d. Conſtit. B. Pii V.* Concordat Pax Jordanus *d. tom.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 502. dicens: *Limita 4. ut Epiſcopus non poſſit reſervare Penſionem ſibi, aut pro perſona nominanda, vel ſibi benè viſa, & ſimilibus poſtea declarandis; tunc enim reſervatio eſſet Simoniaca ex Conſt. B. Pii V.* Rota *in Milevitana Canonicatus 6. Martii* 1595. coram Millino, *quam exſcribit* Garzias *d. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 314.

Septimum, & ultimum requiſitum eſt, ut hæc reſervatio Penſionis procedat ex ſolo motivo, & voluntate Epiſcopi; non autem ex pacto, ſeu conventione illius, cui Penſio eſt reſervanda; & alterius, qui recepturus eſt beneficium cum obligatione ſolvendi hujuſmodi Penſionem: omnes enim Canoniſtæ, & Theologi proteſtantur, quod debent abeſſe quæcun-
32 que pacta, & conventiones, aliàs Penſio erit Simoniaca, & invalida. Mandoſius *de Signatur. gratiæ tit. de Penſionib. Verſ. Hodiè tamen.* Gonzalez *d. gloſſ.* 5. §. 5. *num.* 35. Jordanus *d. lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 500. Chartar. *in Deciſ. Criminal. Deciſ.* 16. *num.* 49. Garzias *d. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 340. & *ſeqq.* ubi innumeros DD. ſic advertentes allegat; & refert Rotæ deciſionem *in una Calaguritana Penſionis* 29. *Maii* 1595. coram Penia ita terminantem. Idem noviſſimè docet Fagnanus in *d. cap. Niſi eſſent. de Præbend. num.* 5. dicens: *Oportet tamen ut hujuſmodi compoſitiones ſuper beneficiis, ac beneficialibus, ad hoc ut valeant, & à Simonia excuſentur, capiant principium ab Auctoritate Superioris, & non à pactione partium, ut probat hæc littera ibi: Non quidem ex pactione partium, ſed ex juſſione Judicum.* Et idem repetit *num.* 18. ſubdens: *Secundus caſus non dubius eſt, quando Epiſcopus confert beneficium cum pacto, ſeu conditione ſolvendi Penſionem, hoc enim eſt Simoniacum.* Quod iterùm inculcat *num.* 55. Fagnani doctrinam ſequitur Tondut *de Penſionib.* *d. cap.* 1. tùm *num.* 18. per hæc verba: *Imò ſi reſignatio facta fuerit coram Epiſcopo reſervatâ Penſione, nulliter agitur. Rota part. 6. recent. deciſ.* 94. *num.* 6. tùm *num* 20. hæc adjungens: *Rursùs hæc inter reſervationem Penſionis auctoritate Pontificis factam, & eam, quæ fit auctoritate Epiſcopi, eſt differentia; quod poteſt coram Papa præcedere pactio ſub reſervatione Beneplaciti illius, de qua partes ante reſignationem convenerunt; quæ conventio fieri nequit, ſi reſervatio fiat auctoritate Epiſcopi. cap. Niſi eſſent. de Præbend.* Et hoc idem ſcribit Emin. Card. de Luca *eod. tract. de Penſionib. diſc.* 41. *num.* 5. & ego demonſtravi *ſupr. de Benefic. Diſcord. LI.*

Hæc tamen Beneficialiſtarum doctrina circa hoc ſeptimum Requiſitum eget declaratione; nam vel ſumitur in reſervatione Penſionis, quam facit Epiſcopus in reſignationibus beneficiorum coram ſe factis ad coæquandos fructus, aut cauſa concordiæ, & ad dirimendas lites; vel etiam ſi Parochus ſenex, ac inhabilis factus, renunciet, & pro ejus ſuſtentatione reſervetur Penſio; & in his caſibus quia impoſſibile eſt impedire,
33 ne Partes inter ſe agant, & proponant de futura Penſionis reſervatione; earum diſcurſus, & propoſitio non cauſabit nullitatem, nec vitium Simoniæ, quando ab eis non reducatur ad præciſam pactionem, & obligationem; & totum negotium remittatur ad Epiſcopi arbitrium, ac auctoritatem. Ridolphin. *in Praxi Judic. part* 2. *cap.* 9. *num.* 50. & ibi Gigas *de Penſ. q.* 5. Nicolaus Noalis *conſ.* 103. *num.* 5. Pariſius *de Reſignat. lib.* 6. *q.* 2. *num.* 70. nec non *de Confident. q.* 37. *num.* 164. ubi alii DD. quibus addendus eſt Sanchez *Conſil. Moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 39. Siquidem, ut ait Giballinus *de Simon. quæſt.* 20. *Conſectar.* 15. *num.* 7. *Hæc pactio debet eſſe abſoluta; & non tantùm conditionata, ſivè ſuppoſito conſenſu Superioris, cui rem totam exponere volunt, neque ante illius conſenſum quidquam paciſcuntur. Ut etiam ſcribunt* Ugolinus *tabul.* 1. *de Simonia cap.* 28. §. 2. *num.* 2. Suarez *ibidem de Simon. cap.* 51. *num.* 20. De la Torre *de Religione q.* 100. *art.* 5. *diſp.* 12. & Bonacina *de Simon. q.* 4. §. 15. *num.* 10. Undè ſubdit *ibidem* Giballinus *num.* 8. *Neque ſanè video, cur Partes nequeant petere ab Epiſcopo, quod ipſe facere poteſt: nequeunt verò, niſi priùs inter ſe de eo tractaverint.*

Vel ſupra relatæ doctrinæ, anathematizantes omnem pactionem circa Penſiones ab Epiſcopo reſervandas, ſumuntur in caſu reſervationis ad favorem Clerici pauperis, vel aliàs benemeriti? & in hoc caſu ipſa reſervatio provenire debet à ſola liberalitate, & voluntate Epiſcopi; excluſâ penitùs quâcunque pactio-
34 ne, negotiatione, aut operatione ipſius Penſionarii; qui ſi officia ſua interponeret, aut operaretur apud Epiſcopum, ut beneficium daret certæ perſonæ, à qua Penſionem eſſet recepturus, in hoc caſu Penſio ſubjaceret nullitati, ac vitio Simoniæ ex juribus, & DD. ſupra allegatis. Quapropter optimè ſcriptum reliquit præcit. Giballinus de *Simonia quæſt.* 16. *Conſectar.* 7. *num.* 2. propè finem: *Hinc fit, ut qui convenit cum Aulico, ut ſi ſibi beneficium impetret, conſentiet creationi Penſionis, Simoniacus ſit ex Navarro in Manuali cap* 23 *num.* 107. *& conſil.* 57. *de Simonia, ubi ſapienter addit, non poſſe aliter ab ullo Juriſconſulto, aut Confeſſario reſponderi.* Quod utinam Antiſtites omnes adverterent, & Aulici formidarent. Reſtat igitur firma concluſio, quod Epiſcopi, ſervatis his ſeptem Requiſitis, tutâ conſcientiâ poſſunt Penſiones ſuper beneficiis, ad eorum collationem pertinentibus, reſervare. Nec obſtant objecta ab initio contra hanc opinionem facta.

Non primum, quod beneficia ſint per Epiſcopos ſine diminutione conferenda ex juribus ibi allegatis, & præcipuè *ex cap. Unico. Ut Eccleſ. benefic.* nam prohibitio illa concernit Penſiones, quas in collatione beneficiorum Epiſcopi ſibi ipſis reſervabant; ut expreſ-
35 sè loquitur Innocentius Tertius in *d. cap. Unic.* ad Archie-

Digitized by Google

Archiepiſcopum Mediolanen. *ibi : Quia non licuit ex pactione, vel conventione quacunque, ſub modo, vel tenore præſcripto, concedere nudum officium, & ſibi retinere proventus, cum in Lateranenſi Concilio prohibitum ſit; ne quis conferendo Eccleſiaſticum beneficium partem proventuum ſuis uſibus retinere præſumat.* Igitur non ſunt prohibitæ Penſiones, quas Epiſcopi non ſibi, ſed alicui Clerico ex juſta, & honeſta cauſa reſervabant, ut notant omnes DD. ſupra *num.* 12. allegati, & præcipuè Barboſa in *Collect. ad d. cap. Unic. num.* 10.

Non ſecundum ex verbis *Bullæ* 85. B. Pii Quinti; & ex dictis circa illam per Flamin. Pariſium *de Conſiden. q.* 28. *num.* 120. Siquidem ad hoc objectum reſpondet Fagnanus in *cit. cap. Niſi eſſent. de Præbend. num.* 37. his formalibus verbis: *Bulla loquitur, quan-*
36 *do Penſio fuit impoſita per Epiſcopum perſonæ ſibi beneviſæ, & poſtea declarandæ: tunc enim eſſet Simoniaca, & confidentialis. Sed extra hunc caſum per Bullam non fuit adempta Epiſcopis facultas reſervandi Penſiones ex juſta cauſa, ut reprobando Flaminium Pariſium de Confident. q. 28. num. 120. tenet Garzias de Benefic. part. 1. cap. 5. num. 313. & ſeqq. & Gonzalez ad reg. de Menſib. gloſſ. 5. §. 5. num. 27. & cenſuit Rota in Meliten. Canonicatus 9. Martii 1595. coram Card. Mellino.* Conſimili reſponſione evacuat objectum prædictum etiam Jordanus *in cit. lib. 9. tit. 1. num. 502.*

Non Tertium, quia triplici reſponſione tollitur. *Una*, quod de aſſerto Decreto Pauli Quarti non conſtat authenticè, nec alicubi reperitur, ut ait Gonzalez *ad d. Reg. 9. gloſſ. 5. §. 5. num.* 35. addens, quod etiamſi reperiretur, jam ipſius Papæ voluntas ceſſavit per ejus mortem. *arg. cap. Si gratiosè. De Reſcript.*
37 *lib. 6. Altera*, quod prædictum Decretum reſpiciebat Miniſtros Datariæ, ac Officiales Papæ, ne ſcilicèt ipſi abſque illius expreſſa licentia Penſiones imponerent. Ita Garzias *d. part. 1. cap. 5. num.* 301. *Tertia*, quod prædictum Decretum Pauli IV. eſt intelligendum de Penſionibus illicitis, & quas Epiſcopi abſque juſta cauſa imponebant; ſecùs de illis, quæ ob cauſam juſtam, & honeſtam reſervabant, ut concedit *cap. Niſi eſſent. de Præbend.* ita idem Gonzalez *ubi ſupr. num.* 35.

Non Quartum, quia ita declaravit Sacra Congregatio Concilii ex eo, quod Parochialis Eccleſia, ſuper qua Epiſcopus reſervaverat Penſionem, non vacaverat ex privationis Sententia per ipſum Epiſcopum lata, ſed per reſignationem in manibus Papæ à Paro-
38 cho factam ante Sententiam; & ideò S. Congregatio cenſuit, locum eſſe reſignationi, & invalidam eſſe in eo caſu Penſionem Epiſcopalem, ut colligitur ex verbis ejuſdem Declarationis, & notat Garzias *d. part. 1. cap. 5. num.* 303. & quatenùs S. Congregatio generaliter dixiſſet, *non poſſe Ordinarium alicui Eccleſiæ Penſionem imponere*, intelligenda eſt vel de Penſione ſine juſta cauſa, vel de Penſione perpetua, quæ afficiat etiam Succeſſores in beneficio; quod Epiſcopus facere non poteſt, ut dictum eſt ſupra *num.* 20. & diſputando probat Fagnanus in *eod. cap. Niſi eſſent. De Præbend. à num.* 40. *& ſeqq.* ubi *num.* 62. contra eaſdem Penſiones perpetuas, & tranſmiſſibiles ad Succeſſores in beneficio adducit duas ejuſdem Sacræ Congregationis Declarationes.

Non Quintum, & Sextum, quia licèt plures DD. Theologi, ac Canoniſtæ ſcripſerint, Epiſcopos non habere poteſtatem reſervandi Penſiones ſuper beneficijs; multò plures contrarium docuerunt, quos citavi *ſupr. num.* 12. quibus adhærendum eſt: tantò magis quia eorum opinio reperitur pluries canonizata per
39 Rotam Romanam, ut pariter notatum eſt *ſupr. num.* 13. & ab opinione Rotæ Romanæ nemini recedere licet. Menoch. *conſ.* 1196. *num.* 2. Loterius *de Re benefic. in Apparatu num.* 86. *& ſeqq.* Præterquàm quod Auctores pro negativa opinione ſtantes loquuntur de Penſionibus vel illicitis, ac juſta cauſa deſtitutis; vel de Penſionibus perpetuis, & tranſeuntibus in Succeſſores.

Septimum quoque objectum hac eâdem reſponſione eliditur, quia etiam Illuſtriſſimus Fagnanus *in cit. cap. Niſi eſſent. num.* 31. *de Præbend. in fin.* differit de
40 Penſionibus ad vitam Penſionarii duraturis, quas ſolus Papa reſervat; nam de aliis durantibus donec vixerit gravatus tantùm, vel poſſederit beneficium, concedit, facultatem eſſe in Epiſcopis illas reſervandi, ut pluribus citatis firmat *ibid. num.* 28.

Octavum objectum, quod magis arduum videtur, non ſubſiſtit, quia etſi non poſſint Epiſcopi imponere Penſiones ſuper beneficio non vacante, non eſt verum, quod eam non valeant reſervare, dum beneficium vacat, vel in actu collationis ejuſdem beneficii vacantis, quando agitur de Penſione temporali, & ad vitam, ſeu poſſeſſionem proviſi, ſeu providendi de beneficio duratura, concurrente aliquâ ex juſtis cauſis ſuprà in primo Requiſito examinatis. Neque requiſitio con-
41 ſenſus ipſius proviſi, ac ejus promiſſio de ea ſolvenda facit pactionem illicitam, Simoniacam, ac Jure Canonico reprobatam; tùm quia prædicti conſenſus præſtatio eſt voluntaria, & ſine coactione; tùm etiam quia illæ cenſentur pactiones illicitæ, ac Simoniacæ, quæ firmantur inter ipſas Partes, vel ab Epiſcopis in eorum propriam utilitatem; ut dictum eſt *ſupr. num.* 32. *&* 34. Hinc, etſi Eminentiſſimus S. M. Cardinalis Barbadicus Epiſcopus Patavinus parciſſimus fuerit
42 in his Penſionibus imponendis, quando tamen aliquam reſervavit ad favorem alicujus pauperis Clerici vel alumni, vel Præceptoris, vel benemeriti Cooperatoris ſui Seminarii aliquam Penſionem ſuper fructibus alicujus pinguis beneficii, præcedere faciebat in ſua Cancellaria Decretum reſervationis, quod notificabatur prælecto per concurſum ad beneficium, & ab ipſo ſpontè præſtabatur conſenſus pro ſolutione Penſionis; de quo ita dicebatur in Litteris ejuſdem reſervationis: *Nos &c. Tibi &c. ſpecialem gratiam facere volentes, Motu proprio, neque ad tuam, vel alterius pro te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam; ſed ex mera noſtra liberalitate, Tibi ſuper infraſcripta Parochiali Eccleſiæ N. N. Penſionem annuam Ducatorum 40. ad cujus ſolutionem annis ſingulis Titularis N. N. teneatur, juxtà conſenſum per eum ſpontè, ac liberè coram Nobis perſonaliter præſtitum &c.* Et ex hac formalitate ceſſabat omnis illicita pactio, vel conventio; erat enim in libertate prælecti, ſi reſervationi Penſionis nolebat conſentire, à receptione beneficii abſtinere. Cæterùm omnes pactiones, de quibus tanquam illicitis, ac Simoniacis loquitur Fagnanus, in locis in hoc octavo objecto citatis, ſunt illæ, quæ vel reſpiciunt utilitatem ipſius Epiſcopi, vel concordantur inter ſe ab ipſis Partibus, vel per eas ſtipulantur nullâ juſtâ cauſâ interveniente. At reſervatio proveniens ob juſtam cauſam à ſola voluntate Epiſcopi eſt licita, & valida, ut concludit Giballinus *de Simonia quæſt.* 16. *Conſect. 7. num.* 1. ſic ſcribens: *Certum enim eſt, poſſe imponi Penſionem beneficio ex juſtâ cauſâ, atque beneficium deindè ſic oneratum conferri; neque ibi ullum eſſe pactum Simoniacum; cum neque ibi pactum ſit, quandoquidem ad Penſionem, aut reſervationem faciendam non requiritur conſenſus ejus, cui beneficium eſt conferendum; nec imponitur Penſio pro collatione, ſed ob aliam cauſam juſtam, & neceſſariam.*

Nonum denique, ac ultimum objectum multiplici reſponſione diluitur. *Primò*, quia maligna fuit accuſatio contra Epiſcopum *Vintimilien.* & injuſta impetratio Parochialis, tanquàm invalidè per ipſum cum reſervatione Penſionis collatæ, facta à dicto
43 Alexandro Caſanova; contra quem duæ fuerunt latæ Sententiæ condemnantes ejus operationem; & declarantes juſtam, & validam collationem Epiſcopi prædicti, ut narrat ipſemet Emin. Card. de Luca *de Penſion. d. diſc.* 41. *num.* 9. *Secundò*, quia idem Emin. Auctor *ibid. num.* 9. fatetur, cognoviſſe ab initio il-

lius

Digitized by Google

lius cauſæ, quod juſtitia ſtabat pro Epiſcopo, ait
enim: *Reflectendo tamen ad veritatem, Parti ab ini-
tio liberè inſinuatam, prævidi exitum, qui mihi quam-
vis ſuccumbenti, juſtus, beneque fundatus viſus eſt.*
Tertiò quod dicta, & deducta per Card. de Luca in
d. diſc. 41. & per alios Advocatos contra Epiſcopum
Vintimilien. non habebant pro objecto, An ipſe potue-
rit reſervare Penſionem? ſed quod non proceſſerit cum
debita formalitate in ea reſervanda; ad quem effectum
multas ſubtilitates, & cavillationes ipſi objiciebant,
more Advocatorum, aſſentatoriè ad opportunitatem
clientis (ut dicitur *d. num.* 9.) ſcribentium. Undè fit,
44 quod eſt magis credendum dictis Doctorum in Lectu-
ra, quàm in Conſultationibus, quia ibi Veritas præva-
let, hic Intereſſe. Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 438.
num. 12. & quamvis Advocati poſſint cauſas dubias
defendere admonitis clientulis de dubietate. Diana
45 Coordinatus *tom.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 25. nihilominùs
eorum Officium eſt valdè periculoſum in foro Poli,
ut probant meæ Deciſiones *Miſcellan. deciſ.* 99. *Quar-
tò*, quod nullitas reſervationis Penſionis *in d. diſc.* 41.
deducebatur non ex defectu poteſtatis in Epiſcopo,
ſed ex deficientia juſtæ cauſæ; de qua non conſtabat,
niſi ex aſſertione Epiſcopi, quæ aſſertio non ſufficit,
ut demonſtratum eſt ſupra *num.* 24. *Quintò* denique
quod ipſemet Emin. Card. de Luca *in eod. tract. de
Penſionib.* tùm *in diſc.* 40. tùm *in diſc.* 41. ingenuè
46 docet, & in ſenſu Veritatis concedit, ineſſe Epiſco-
pis facultatem reſervandi Penſiones in collatione be-
neficiorum, juſtâ causâ concurrente, dummodò non
tranſmittantur in Succeſſores in beneficio; ea ratione
quia, ut concludit Eminentia Sua *d. diſc.* 41. *in fin.*
*Tunc nulla ſervitus Eccleſiæ, vel ejus bonis imponi di-
citur, nullumque jus reale Penſionario acquiri exerci-
bile contra Succeſſorem, vel de tempore vacationis;
ſed ſolùm dicitur injungi quædam obligatio perſonalis
ipſi proviſo, ut quamvis invitus hanc ſubventionem,
tanquàm eleemosynæ diſtributionem præſtare debeat;
dictâ obligatione cum ejus perſona terminante.* Quare
una ex ſuprarelatis quinque cauſis concurrente; &
prædictis ſeptem Requiſitis ſervatis poſſunt Epiſcopi li-
citè, & validè reſervare Penſiones ſuper Beneficiis va-
cantibus, per eos conferendis.

DISCORDIA II.

ARGUMENTUM.

Fructus beneficii, onerati Penſione, quotannis
ab aquarum inundatione diminuuntur, tot di-
minuenda eſt ſumma Penſionis Penſionariis
ſolvenda,

SUMMARIUM.

1 *Agnæ Parochialis Eccleſia Diæc. Paduan. olim Colle-
giata. Et cur ſic nominata ipſa Villa?*
2 *Franciſcus Danielettus Archipresbyter Villæ Agnæ
laudatus.*
3 *Horologii cum rotis deſcriptio,*
4 *Penſiones duæ ſuper beneficio Agnæ auctoritate Or-
dinaria impoſitæ.*
5 *Atheſis, ac Gorzoni fluminum frequentes Alluviones.*
6 *Sterilitas unius anni An compenſanda cum ubertate
aliorum annorum in ſolvenda Penſione?*
7 *Actus facultativi non ſunt obligatorii.*
8 *Parochus debet habere ſuam congruam ante Penſio-
narios.*
9 *Ducatorum centum pro congrua Parochi qualis ſit va-
lor?*
10 *Fructus beneficii de Anno in annum tranſeunt in domi-
nium beneficiarii.*
11 *Penſio eſt diminuenda toties, quoties fructus beneficii
ob Alluviones aquarum diminuuntur.*
12 *Penſio per Ordinarium impoſita ſuper Parochiali eſt
reducenda, ſi fructus diminuantur.*
13 *Parochus manutenendus eſt in ſolita reductione Pen-
ſionis ob eandem cauſam.*
14 *Actus non eſt facultativus, ſi factus ſit ob cauſam obli-
gantem.*
15 *Parochus ne Penſionem ſolvat, an poſſit petere ſe admitti
ad beneficium* cap. Odoardus de Solutionib.?
16 *Œconomo eſt committenda fructuum Beneficii collectio,
ſi Parochus dicat, eos non ſufficere pro ſua congrua,
& pro ſolvenda Panſione.*

INter cæteras Parochias in hac Diæceſi Patavina,
Orientem verſus, non longè ab ingreſſu Fluminis
Atheſis in Adriaticum Mare exiſtentes, reperitur Ar-
chipresbyteralis Eccleſia (olim Collegiata) S. Joan-
1 nis Baptiſtæ Villæ Agnæ; quæ quidem Villa, ut au-
tumat R. P. Magiſter Jacobus Salomonius Ordinis
Prædicatorum in *Inſcription. Agri Patav. pag.* 362.
ſic nominata creditur à pervetuſta, ac nobili Familia
Annia Romana, inter Cives Paduæ recepta, ibidem
ampliſſimos agros poſſidente; & in eadem Villa,
tempore Acciolini de Romano hujus Urbis Antenoreæ
ſæviſſimi Tyranni, ſæculo ſcilicet ab Orbe Redempto
XIII. Domini de Carraria fortiſſimam habebant Ar-
cem, nunc penitùs deſtructam. In ditiſſimo hujus
Villæ Archipresbyteratu, ad curam animarum ge-
rendam, poſitus fuit Anno 1693. ab Eminentiſſimo
Cardinali Barbadico Antiſtite Patavino R. D. Fran-
2 ciſcus Danielettus Juris Utriuſque Doctor, Vir non
ſolùm probitate morum, Sacrorum Canonum, ac
Scholaſticæ, & Moralis Theologiæ ſcientiâ exi-
mius; ſed etiam in univerſa Matheſi eruditiſſimus,
& in fabricandis Horologiis, quæ certis ponderibus,
3 libramentis, ac Rotarum exindè difformiter confor-
mium circumvolitatione, horarum interſtitia, non
modò ipſarum Rotarum dentibus comminuunt, ac
metiuntur; ſed ſimul Campanæ ſonitu indicant, at-
que diſpeſcunt, ingenioſiſſimus: In hujus tamen Ar-
chipresbyteratus collatione, ei facta per dictum Emi-
nentiſſimum Præſulem, onus duarum Penſionum ad
favorem duorum Sacerdotum de Seminario Patavino
benemerentium impoſitum fuit, Ducatorum 40. uni-
4 cuique eorum, annuatim ſolvendorum, ipſius Archi-
presbyteri vita, atque Archipresbyteratus detentione
durante, cui ipſe ſpontè conſenſum præbuit juxtà
formalitatem ſupra in hoc tractatu *de Penſionib. Diſ-
cord.* I. *num.* 42. indicatam.

Porrò, etſi pingues ſint annui redditus Archipres-
byteratus prædicti, qui ex Quarteſiis Fœni, Frumenti,
Minutarum ſegetum, ac Uvarum colliguntur, de fa-
cili tamen ad pauperiem vergunt ob frequentes inun-
5 dationes aquarum, quæ propter nimiam excreſcen-
tiam ex alveis Fluminum Atheſis, atque Gorzoni
exeuntes, totam Villam cum adjacentibus agris ſub-
mergunt, & fructus eorum depopulantur; adeòut
coactus fuerit Archipresbyter prædictus, alternis an-
nis aliquam ſummæ diminutionem petere à ſuis Pen-
ſionariis, à quibus etiam eam obtinuit in ſolutione
Penſionum ob fructus Beneficii ab imbribus diminu-
tos. Anno 1699. inundaverunt Aquæ, nondum col-
lectis bladis, quæ ferè in totum periere; & Archi-
presbytero petenti diminutionem Penſionum, à Pen-
ſionariis negativè fuit reſponſum; ortâque inter eos
Diſcordiâ, opus fuit diſputare in ſenſu Veritatis, an
iidem Penſionarii tenerentur de Jure ad petitam ſum-
mæ diminutionem?

Ipſi negabant, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſo-
rio judicio. Dicebant in petitorio non poſſe obligari
ad diminuendam ſummam ſuarum Penſionum, etſi
in præſenti anno 1699. imbres, & inundationes Aqua-
rum depopulatæ ſint fructus beneficii, quia duobus
6 præcedentibus annis uberrima fuit fructuum recolle-
ctio, & de Jure ſterilitas unius anni compenſatur
ubertate annorum antecedentium. *cap. Propter ſte-
rilita-*

Digitized by Google

rilitatem. De locat. l. Si uno. ff. eod. Gloſſa *in cap. Vobis.* 13. *q.* 2. Caſtrenſ. *in l. Ex conducto.* §. *Si vir. num.* 6. *ff. Locat.* Carocius *de Locat. part.* 4. *tit. De Remiſſ. merced. q.* 8. *num.* 45. & 46. Ciarlinus, alios allegans in *Controv. forenſ. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 57. & in terminis hujus Diſcordiæ circa ſolutionem Penſionis docent Gigas *de Penſionib. quæſt.* 62. *num.* 7. & 8. atque Tondut *eod. tract. cap.* 58. *num.* 38.

In poſſeſſorio pariter judicio inſtabant non dari manutentionem Archipresbytero ſuper petita diminutione Penſionum; quia ſi præteritis annis ob excreſcentiam aquarum aliquid diminuerunt, & remiſerunt ipſi Penſionarii de ſumma earundem Penſionum; ajebant, ſe ſic feciſſe non ex neceſſitate, ſeu ex obligatione, ſed ex mera animi liberalitate, ac ſpontanea voluntate; certum eſt autem quod ex actibus faculta-
7 tivis, & voluntariis non acquiritur poſſeſſio, neque oritur actio, quæ obliget ad eoſdem actus reiterandos. *l. Proculus. ff. De damno infect.* Decian. *conſ.* 144. *num.* 135. *vol.* 4. Rota *part.* 3. *recent. deciſ.* 473. *num.* 1. cum ſimilibus.

His tamen non obſtantibus dixi, obligatos eſſe prædictos Penſionarios ad diminuendam Penſionem in utroque judicio petitorio, & poſſeſſorio. In primo, quia ſingulis annis Parochus gerens curam animarum debet habere congruam ſuſtentationem ſui ipſius ex fructibus beneficii ante quoſcunque Penſionarios, ex
8 Conc. Trid. *ſeſs.* 24. *de Ref. cap.* 13. & ex concordi DD. opinione, quos allegavi ſuprà in hoc *tract. de Penſion. Diſcord.* I. *num.* 30. inter quos Fagnanus *in cap. Niſi eſſent. num.* 27. *de Præbend. tom.* 4. Rebuff. *in tract. de Congrua num.* 103. Cæſar de Panimollis *deciſ.* 15. *Adnot.* 2. *num.* 34. & Rota *part.* 2. *recent. deciſ.* 763. *num.* 1. adeòut in primis, & ante omnia aſſignanda ſit ſumma Ducatorum centum ipſi Parocho ex fructibus beneficii uniuſcujuſque anni, quorum Ducatorum valor intelligendus eſt vel de Ducatis aureis de Camera, librarum quatuordecim pro ducato juxtà ſtylum Curiæ Romanæ, & expreſſionem, quam facit Papa in Litteris Apoſtolicis, quando reſervat Penſiones ſuper Epiſcopatibus, vel ſuper
9 Eccleſiis Parochialibus; aut ſaltem prædictus valor eſt calculandus juxtà illum Scuti argentei, ſcilicèt Juliorum decem pro Scuto; prout ſic declaratum eſſe à Sacra Congregatione Concilii teſtatur Rota coram Emin. Card. Cerro *deciſ.* 18. *num.* 6. & docent Barboſa *de Parocho cap.* 29. *num.* 17. Antonellus *de Jurib. Clericor. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 18. Sperellus *deciſ.* 68. *num.* 18. & Emin. Card. de Luca *de Penſion. diſc.* 35.

Nec eſt verum, quod detur compenſatio ſterilitatis unius anni cum ubertate annorum antecedentium in fructibus beneficiorum ob triplicem rationem. *Una* eſt, quod fructus Eccleſiæ deputati ſunt, ut de anno in annum ſerviant pro ſuſtentatione Rectoris: ideò de præteritis annis nullus poteſt ab eo petere com-
10 penſationem, cum factus fuerit dominus ipſorum, & illos vel conſumpſerit, vel de eis ad libitum diſpoſuerit. Borgnin. *in tit. de Ultim. Volunt. deciſ.* 27. *num.* 18. & 19. *part.* 3. Cæſar de Panimoll. *deciſ.* 134. *num.* 18. *Altera* ratio eſt, quia Penſio eſt pars fructuum uniuſcujuſque anni; & quocunque anno occurrat diminutio fructuum beneficii vel ob inundationes aquarum, vel alia infortunia, eſt Penſio diminuenda. *l.* 2. *ff. de Alluvion. paſs. l. Forma.* §. *Illud. ff. de Cenſibus. l. Cura.* §. *Deficientium. ff. De Jure Immunit.* Et facit *text. in cap. Propter ſterilitatem*, & ibi DD. Hoſt. Jo: Andr. & Abbas *extr. De Locat.* ubi quod Penſio debet remitti pro rata, quando conductor eſt damnificatus in tertia parte fructuum. Et hoc idem tenent Surdus *Deciſ.* 326. *num.* 14. Roman. *conſ.* 369. *per tot.* Gigas *de Penſionib. quæſt.* 35. *num.* 8.
11 Caccialup. *eod. tract. quæſt.* 7. Garzias *de Beneſic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 367. & *num.* 400. Loterius *lib.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 54. Rota coram Buratto *deciſ.* 369. *num.* 2. & aliis congeſtis Emin. Cardin. de Luca *de Penſionib. Diſcord. Forenſ. De Penſionib. diſc.* 8. *num.* 6. & *diſc.* 21. *num.* 2. Tantò magis quia iſtæ non erant Penſiones impoſitæ per Papam cum clauſulis prægnantibus, ac prohibentibus diminutionem; ſed reſervatæ ab Ordinario, cui incumbit obligatio non præjudicandi congruæ Portioni pro honeſta Parochi ſuſtentatione. Rota coram Emin. Card.
12 Seraphino *deciſ.* 951. *num.* 4. Tondut *de Penſionib. cap.* 58. *num.* 17. Pax Jordanus *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 503. *tom.* 2. idcircò erat in hoc anno Penſio minuenda juxtà magiſtralem Rotæ *Deciſ.* 536. *part.* 4. *recent. tom.* 3. *Tertia* ratio eſt, quia aſſignata eſt Penſio Penſionariis pro eorum alimentis. Ergo Jure alimentorum eſt regulanda. Rota *part.* 3. *rec. deciſ.* 407. Emin. Card. de Luca *de Penſionib. diſc.* 19 *num.* 11. Sed alimenta ob anni ſterilitatem diminuuntur. *l. Jus alimentorum* §. *fin. ff. Ubi pupill. educ. deb.* Menochius *de Arbitr. Jud. caſu* 169. *num.* 4. Salgadus *de Reg. Protect. part.* 4. *cap.* 8. *num.* 88. Igitur etiam Penſiones in caſu noſtro ſunt diminuendæ.

In judicio autem poſſeſſorio multò minùs poterant Penſionarii recuſare diminutionem Penſionum, quia non ſemel eam conceſſerant ipſi Archipresbytero præteritis annis ob eaſdem inundationes aquarum, quæ deſtruxerant notabilem partem fructuum illius Beneficii; quapropter ipſe Archipresbyter erat in poſſeſſione diminuendi ſolitam ſummam Penſionum, ut
13 ex receptionibus, ſeu chirographis manu Penſionariorum conſcriptis, & in ea erat manutenendus. Poſtius *de Manutent. obſerv.* 53. *num.* 16. & 17. Menochius *de Arbitr. Judic. caſ.* 160. *num.* 20. Adden. ad Ludoviſ. *deciſ.* 162. *num.* 15. Rota coram Cardin. Seraphin. *deciſ.* 212. *num.* 2. & coram Bichio *deciſ.* 522. *num.* 19. Nec juvare poteſt Penſionarios aſſertio eorum dicentium, diminutas per eos fuiſſe Penſiones ex mera liberalitate, ac facultate: idcircò non poſſe adſtringi ad novam diminutionem, quia actus facultativi obligationem non inducunt ex DD. ſupra allegatis *num.* 7. Nam reſpondetur, diminutiones antedictas duplici de cauſa non fuiſſe facultativas, ſed
14 ex neceſſitate, atque ex obligatione. Primò quia factæ fuerunt ex cauſa obligante, nempè ob interitum fructuum beneficii propter inundationem aquarum, ut ſcriptum legitur in iiſdem receptionibus, ac chirographis, manu Penſionariorum exaratis; quæ expreſſio cauſæ excludit liberam voluntatem, & importat neceſſitatem. Poſtius *Obſerv* 53. *num.* 18. Sperellus *deciſ.* 67. *num.* 49. & 50. Rota *part.* 4. *recent. deciſ.* 400. *num.* 4. *tom.* 1. eadem Rota *part.* 17. *recent. deciſ.* 184. *num.* 14. & 15. Secundò diminutiones prædictæ dici non poſſunt facultativæ, quia ſunt multiplices, & pluribus vicibus ob eandem imbrium fre-
15 quentiam factæ; undè cenſentur obligatoriæ. Rota *part.* 5. *recent. deciſ.* 85. *num.* 8. & *part.* 19. *deciſ.* 449. *num.* 29. Card. Seraphin. *deciſ.* 212. *num.* 2. & *deciſ.* 323. *num.* 4. Adden. ad Ludoviſium *deciſ.* 162. *num.* 15. Idcircò iidem Penſionarii condemnandi erant ad reiterandas ſolitas diminutiones Summarum Penſionum etiam hoc anno 1699. in quo major fuit excreſcentia fluminum, & aquarum, quàm præteritis annis, & ferè omnes fructus beneficii periere; & ſic à Judice condemnati fuerunt in levamen ejuſdem Archipresbyteri juxtà ſolitum præcedentium annorum.

Corollarii loco notare licet, quod in fervore Diſcordiæ inter prædictos Penſionarios ex unâ, & Archipresbyterum ex aliâ, fui ab iſto requiſitus, An in eventum contrariæ ſententiæ poſſet petere, ſe admitti ad beneficium *cap. Odoardus. De Solutionib.* Di-
16 xi, eſſe quæſitum diſputabile, cum pro utrâque opinione ſtent DD. quos refert Barboſa *in Praxi exigen. Penſion. part.* 1. *quæſ.* 16. *num.* 4. & 5. & ego allegavi *de Beneſic. Diſcord. LIV. num.* 15. ubi firmavi opinionem negativam, quæ in Penſionibus à Papa reſervatis prævalet ob conſenſum à beneficiario præſtitum cum juramento, & obligatione Camerali. Et quam-

vis in hoc caſu affirmativa non eſſet improbabilis, at-
tentâ qualitate Penſionis reſervatæ non à Papa, ſed
ab Ordinario abſque ſupradicta obligatione Camera-
li, & juratoria; nihilominus prudentialiter refle-
ctendo dicebam, non expedire; quia quatenùs dictum
beneficium concederetur; opus eſſet remittere exa-
16 ctionem, & adminiſtrationem fructuum alicui Œco-
nomo per Judicem deputando, ut habetur apud Emin.
Card. de Luca *de Penſionib. diſc.*18. à quo poſtea eſſet
ſolvenda congrua ipſi Archipresbytero, & alia onera
Beneficii cum iiſdem Penſionibus; & talis Œconomi
deputatio & indecora, & diſpendioſa nimis fuiſſet.

DISCORDIA III.

ARGUMEMTUM.

Laicis perſonis, quamvis benemeritis, hodiè Epiſcopi non poſſunt reſervare Penſiones ſuper fructibus beneficiorum, reſiſtentibus *Conſt.* 73. B. Pii V. & Conſt. 92. Sixti V. adversùs quas ſolus Papa diſpenſat; prout diſpenſatum reperitur cum Equitibus, ſeu Militibus Lauretanis, S. Stephani, ac aliis hîc recenſitis.

SUMMARIUM.

1 *Corcyræ Inſulæ vulgò* Corfù *deſcriptio.*
2 *M. Ant. Barbadicus creatus Archiepiſc. Corcyræ Anno 1678. Cardinalis Anno 1686.*
3 *Penſio reſervata Laico per Ordinarium ſuper Canonicatu An ſit valida?*
4 *Epiſcopus an poſſit reſervare Penſiones Laicis? Quod ſic.* hîc. *Quod non.* num.7. & 9.
5 *Laicus de Jure communi eſt capax Penſionis ſuper beneficiis.*
6 *Penſio alia profana, alia Clericalis.*
8 *Laici ex* Conſt. 73. *B. Pii V. non poſſunt habere Penſiones.*
10 *DD. hoc ipſum ſcribentes.*
11 *Laici ex* Conſt. 93. *Sixti V. incapaces ſunt Penſionum.*
12 *DD. dicentes Laicos eſſe capaces Penſionum quomodo intelligendi?*
13 *Famulus Epiſcopi non dicitur benemeritus de Eccleſia pro habenda Penſione.*
14 *Famulis ſuis tenetur Dominus ſalarium ſolvere.*
15 *Penſionarius tenetur probare ſua merita, ob quæ Penſio ei reſervata fuit.*
16 *Merita Penſionarii ſunt ab eo probanda cum duobus requiſitis. Et quæ?*
17 *Equites Lauretani, S. Stephani, & alii, etſi Laici, ſunt capaces Penſionum.*
18 *Equites Melitenſes profeſſi non ſunt Laici, ſed veri Regulares.*
19 *Ipſi non ſunt capaces Penſionum ſuper beneficiis ſæcularibus, niſi ex Apoſtolica diſpenſatione.*
20 *Magnus Magiſter Meliten. diſpenſat cum non Profeſſis, ut Penſiones habere poſſint ſuper Commendis ſuæ Religionis.*

COrcyra, vulgò *Corfù*, eſt celebris Inſula maris Jonii
vix ſex milliaribus diſtans ab ora Epiri, cujus lon-
gitudo eſt 45. milliarium; & habet Urbem Archiepi-
ſcopalem permunitam cum duplici arce in colle, ar-
1 mamentario, & portu capaciſſimo, de quo meminit
Lucanus *lib.*2. ſic ſcribens:

—— ſeu vela ferantur
In portus Corcyra tuos, ſeu leva petatur,
Illyris Jonias vergens Epidamnus in undas.

Hujus Inſulæ, Sereniſſimo Venetiarum Dominio
ſubditæ, ſolum eſt fertile, ac abundans vitibus, oleis,
pomis, omniſque generis arboribus fructiferis ob mi-
ram cœli clementiam, qua fit, ut nemora ipſa ex ci-
tris, medicis, atque id genus arboribus conſtent, ut
teſtatur Franc. Serra *in Apparatu Synonymor. Verb.
Corcyra*. Ad prædictæ Urbis, & Inſulæ Archiepiſco-
palem dignitatem, Anno 1678. promotus fuit *recol.
mem.* Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Marcus An-
2 tonius Barbadicus Canonicus Patavinus à Summo
Pontifice Innocentio XI. à quo poſtea Anno 1686.
translatus ad Epiſcopatum Montis Phyſconis, &
Corneti, ob eximias ejus pietatis, ac Paſtoralis ſolli-
citudinis laudes Sacrâ Purpurâ quoque veſtitus fuit,
& ut diſtingueretur ab Eminentiſſimo Gregorio Car-
dinali Barbadico Patavino Præſule, ac Hero meo co-
lendiſſimo, cognomen Cardinalis Sanctæ Suſannæ aſ-
1 ſumpſit.

Ipſe igitur factus Archiepiſcopus Corcyræ, & abſ-
que ulla mora cum ad reſidentiam in ipſa Inſula, ac
ejus Urbem acceſſiſſet, reperit, Prædeceſſorem ſuum
reſervaſſe cuidam Jacobo Ciotto Laico ejus familiari
Penſionem Ducatorum Venetorum centum, ob me-
rita, ac ſervitia, per ipſum, ut Litteræ reſervationis
aſſerebant, Eccleſiæ præſtita, ſuper Canonicatu,
quem contulerat R. D. Joſepho de Matcis. Inter
3 hunc, & Penſionarium prædictum orta jam erat Di-
ſcordia, & ad forum deducta ſuper validitate reſerva-
tæ Penſionis prædictæ; prætendente Canonico, di-
ctum Ciottum Laicum eſſe incapacem: quare ipſe
Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Archiepiſcopus
Barbadicus Litteris ſuis voluit me conſulere, petens,
An valida eſſet prædictæ Penſionis reſervatio?

Reſpondi, duas eſſe faciendas Inſpectiones; unam
ſuper facultate, & auctoritate Archiepiſcopi Præde-
ceſſoris; alteram ſuper exiſtentia meritorum Ciotti
Penſionarii.

Quo ad Primam videbatur reſpondendum affir-
mativè; quia circa facultatem Epiſcopi magna Cano-
niſtarum, & Theologorum multitudo docet, quod
ob benemerentiam alicujus perſonæ, vel alia juſta de
cauſa poteſt Epiſcopus reſervare Penſionem, quæ ap-
4 pellatur temporalis, & profana; ad quam conſequen-
dam etiam Laici cenſentur capaces, quia nullo Cano-
ne, aut textu Canonico prohibentur eam tenere. Ita
quoad facultatem Epiſcopi docent Gigas *de Penſ.
quæſt* 6. *num.*3. Tondut *eod. tract. diſc.*1. *per tot.* Emin.
Card. de Luca pariter *de Penſion. diſc.* 40. Fragoſius
*de Regim. Reipubl. Chriſt. part.*2. *lib.*9. *diſp.*20. §.3. *n.*4.
Antonellus *de Regim. Eccl. Milit. lib.*3. *cap.* 11. *num.* 1.
Caponius *Diſcept.*253. *num.*29. Piringus *in Jus Cano-
nic. lib.*3. *tit.*12. §.2. *Verſ. reſpondeo* 2. Azorius *Inſtit.
Moral. tom.* 2. *lib.*8. *cap.* 6. *quæſ.* 1. Layman. *Theolog.
Moral. lib.*4. *tract.*1. *cap* 18. *num.* 3. & 4. ac alii plurimi
id aſſerentes, quos allegavi ſupra in his Diſcordiis *de
Penſionib. Diſcord.* I. *num.*12. Similiter quoad capaci-
tatem Laici, ſuppoſitâ ejus benemerentiâ, innumeri
ſunt Doctores ad ejus favorem ſcribentes, inter quos
5 prædictus Gigas *de Penſion. quæſt.* 21. Ridolphin *in
Praxi part.*2. *cap.*9. *num* 62. Garzias *de Benefic. part* 1.
*cap.*5. *num.*8. ubi ita ſcribit: *Id verum eſt in Penſione,
quæ titulo Sæculari, & uti Laico aſſignatur in ſtipen-
dium pro ſervitio temporali; putâ pro patrocinio, pro
pulſandis Campanis, aut aperiendo fores Eccleſiæ, vel
aliâs pro remuneratione laborum; iſta enim eſt omninò
profana, quæ in Laicum cadere poteſt.* Concordat Bar-
boſa *de Jure Eccleſ. Univerſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 16.
hæc habens: *Ut certa ab incertis ſeparemus, pro ve-
ra reſolutione eſt prænotandum, duobus modis poſſe
Penſiones conſtitui: vel enim ſunt merè temporales,
quæ Laicis dantur titulo merè temporali, veluti Deca-
no parafrenariorum Papæ, vel Cardinalium, aut Barbi-
tonſori, vel Chirurgo, Sacriſtæ, Theſaurario, Pulſato-
ri campanarum, Præfecto infirmorum, & ſimilibus
&c. & tunc, & in hoc caſu procedunt rationes, &
fundamenta pro prima ſententia adducta*; quod ſcili-
cèt Penſionis merè temporalis etiam Laicus ſit capax.
Hoc ipſum ſimiliter ſcripſerat Ciarlinus *Controv.
forenſ.*

Digitized by Google

*forenſ. lib 1 cap.*115. *num.* 18. his verbis: *Sanè pro ſo-*
lutione caſus oportet diſtinguere, & declarare, dupli-
6 *cem eſſe Penſionis ſpeciem: alia enim datur titulo Sæ-*
culari, & uti Laico aſſignatur in ſtipendium pro ſervi-
tio temporali, velut pro pulſandis Campanis, aut ad
aperiendum fores Eccleſiæ, & ſic pro remuneratione
laborum; & hæc ſanè eſt profana, & Laico dari po-
teſt, nec continetur Beneficii nomine. Et plures DD.
citat, quibus ex modernis adhærent Chartarius *Cri-*
*min. Deciſ.*16. *num.*46. & 47. ubi adducit *texx. in cap.*
Poſſeſſiones. 16. *quæſt.*1. & *in cap. Illud.* 16. *quæſt.*6.
& allegat quatuordecim Canoniſtas idem affirmantes,
quibus addendi ſunt Ferentill. ad Burattum *deciſ.* 791.
num. 5. Guidopap. *deciſ.* 179. Emin. Card. Tuſchus
in Verb. Penſio. Concluſ. 269. *num.* 1. & 3. nec non
Emin. Card. de Luca *de Penſion. diſc.*10. *num.*5. Ton-
dut *eod. tract. cap.* 77. *num.* 17. Filiuccius *tom.*2. *tract.*
42. *cap.*3. *num.*3. Leſſius *de Juſt. & Jur. lib.* 2. *cap.*34.
*dub.*37. *num.*202. Layman. *d. lib.*4. *tract.*1. *cap.* 18. *n.*2.
Sanchez *in Decal. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 8. Novarius *in*
*Summ. Bullarii part.*2. *Comment.* 62. *num.*25. & Rota
*part.*5. *recent. deciſ.*50. *num.*22. à quibus omnibus po-
nitur pro indubitata hæc concluſio, quod Laicus eſt
capax Penſionis temporalis.

His tamen non obſtantibus reſcripſi Illuſtriſſimo,
ac Reverendiſſimo Domino meo Barbadico Archie-
piſcopo Corcyren. poſteà Cardinali tit. S. Suſannæ;
quod prædicta reſervatio Penſionis facta per Præde-
ceſſorem ſuum antedicto Ciotto Laico erat nulla, &
invalida; quia verior, & probabilior opinio Theolo-
gorum, ac Canoniſtarum eſt, quod Epiſcopi non
poſſunt ſuper fructibus beneficiorum imponere Pen-
ſiones ad favorem perſonarum Laicarum, ut firma-
7 vi *ſupra Diſcord. I. num.* 25. ob duas expreſſas Con-
ſtitutiones Pontificias, ſcilicèt B. Pii V. & Sixti V.
Innititur primò hæc opinio *Conſtitutioni* 73. B. Pii
V. Incipien. *Sacroſanctum Eccleſiæ Dei Statum. diei*
9. *Septembr.* 1568. In qua, præmiſsà narrativà maximi
præjudicii reſultantis Eccleſiæ, ac ejus Miniſtris ob
nimias de fructibus Eccleſiaſticis factas perſonis Lai-
cis largitiones, in §.2. ſic ſancitum legitur: *Itaque de*
Nobis attributæ poteſtatis plenitudine revocamus, &
abolemus omnia, & quæcunque Privilegia, facultates,
diſpenſationes, & indulta &c. de Penſionibus, fructi-
bus, & aliis rebus Eccleſiaſticis, etiam ad certam, &
determinatam ſummam, & quantitatem conſtitutis, per
Clericos conjugatos, bigamos, & alios Laicos obtinen-
dis &c. ita quod deinceps illorum ſic revocatorum præ-
textu, Laici, etiam extra conjugium, & in cælibatu viven-
8 *tes, ac Bigami, & Clerici conjugati nullas novas Pen-*
ſiones, aut fructus, aut omninò alias res Eccleſiaſticas
habere; nec ipſi etiam qui conjugati non ſunt, ſi ad
primas, aut alias nuptias tranſierint, antiquas dein-
ceps percipere; Clerici verò, & alii Matrimonium
etiam cum unica, & virgine contracturi, poſtquam il-
lud contraxerint, nec antiquas retinere, nec novas aſ-
ſequi poſſint. Sed nec ulli Laici, nec Clerici privilegio
transferendi Penſiones, fructus, aut alias res hujuſ-
modi de cætero potiantur; decernentes omnes transfe-
rendi facultates ex nunc, antiquas verò Penſiones, &
alias reſervationes tàm Laicis, quàm Clericis conceſſas,
& quas ipſos Clericos habere contigerit, per futurum
contractum Matrimonium hujuſmodi extinctas eſſe.
Igitur ab hac Piana Conſtitutione incapaces Penſio-
num facti ſunt tùm Clerici conjugati, & Matrimo-
nium contrahentes, tùm Laici omnes quamvis non
conjugati, & vitam cælibem ſervantes; & per conſe-
quens Epiſcopi non habent ampliùs facultatem reſer-
9 vandi iſtis, vel illis Penſiones ſuper beneficiis, aut
fructus Eccleſiaſticos ſub quovis prætextu, aut titulo
tribuendi; adeòut ſoli Papæ competat per viam diſ-
penſationis Laicis perſonis, Clericiſve conjugatis Pen-
ſiones ſuper beneficiis Eccleſiaſticis aſſignare.

Hanc veritatem cognoverunt, & tutati ſunt Ca-
noniſtæ, ac Theologi, quos allegavi ſupra *de Penſion.*
*Diſc.*I. *num.*25. quibus addendi ſunt Rebuff. *de Paci-*
*fic. Poſſeſſor. num.*135. Sperellus *deciſ.* 132. *num.* 28.
Bellettus *de Diſciplin. Cleric. part.* 1. §. 17. *num.*3. ubi
ait, ſi ab habente facultatem transferendi Penſio-
10 nem hæc transferatur in Laicum, translationem eſſe
invalidam, & Penſionem remanere nullam juxtà de-
ciſionem Rotæ *part.* 3. *diverſ. deciſ.* 108. *lib.* 3. Con-
firmat hoc idem Franciſc. Leo *in Theſaur. Fori Eccleſ.*
*part.*2. *cap.*7. *num.*17. & 18. nec non *num.*22. ubi re-
fert præallegatam *Conſt.* 73. P. Pii V. revocantem
quæcunque Privilegia aliàs conceſſa Laicis perſonis
obtinendi Penſiones. At cæteris clariùs id demonſtrat
Fagnanus *in cap. Ad audientiam il* 2. *num.*75. *& ſeqq.*
*de Reſcript. tom.*1. ubi ita diſſerit: *Penſiones non ſunt*
quid merè temporale, ſed potiùs ſpirituale, aut ſpiri-
tuali annexum dependenter, ſeu conſequenter inſtar
beneficii; & hoc patet, quia quemadmodum beneficium
Eccleſiaſticum præerequirit Clericatum. cap. Cum adeò,
& ibi Gloſſa *in Verb. Nec Clericus. ſupr. eod. cap.*
Ex litteris. infr. de Tranſaction. cap. 2. *de Inſtitu-*
tion. & hac ratione dicitur ſpirituale, ſeu ſpirituali an-
nexum dependenter, ut docet S. Thomas *in* 2.2. *quæſt.*
100. *art.*4. *& ibi expoſitores.* Sotus *de Juſt. & Jur.*
lib 9. *quæſt.*1. *art.*1. Navarrus *in Manual. cap.*23. *num.*
108. *& ſcripſi latiſſimè in cap. Cum pridem. in* 3.
*quæſt. & num.*60. *infra de Pactis Ita & Penſio Cleri-*
catum præerequirit ex Stylo Curiæ notiſſimo, de quo
teſtantur Redoan. *de Simonia* 2. *part. cap.*14. *num.* 13.
Navarrus *conſ.*63. *num.*5. *de Simonia*, & Rota *deciſ.*
139. *lib.* 3. *part.* 3. *diverſ. Et hodiè* (notetur) *eſt ex-*
preſſum in Conſtitutione B. Pii V. incipien. Sacroſan-
ctum. *de Revocatione Privilegiorum circa Penſiones ob-*
tinendas, & transferendas per Laicos, Bigamos, Cle-
ricos conjugatos &c. in Bullario tom. 2. *pag.* 269. *Et*
in Conſtitutione Sixti V. incipien. Cum Sacroſanctam.
De Habitu, & tonſura per Clericos, ſeu Milites benefi-
cia, vel etiam Penſiones obtinentes diferendis. In Bul-
*lar. eod. tom. pag.*653. *ubi ſtatuitur, ut Clerici obtinen-*
tes Penſiones debeant tonſuram, & habitum Clerica-
lem, veſtes ſcilicèt talares jugiter deferre; alioquin
non geſtantes dictum habitum Clericalem Penſionibus
ſint ipſo facto privati, & Penſiones extinctæ, &c. Et
in futurum (iterùm notetur) *non niſi actu Clericis in*
habitu Clericali, & Tonſura incedentibus Penſiones re-
ſerventur, cum decreto irritante, &c. Atque ita ex
hac poſteriori Conſtitutione non tantùm præerequiritur
Clericatus ad Penſiones obtinendas, ſed etiam ut Pen-
ſionarii jugiter incedant in habitu, & tonſura; præter-
quàm ſi Penſiones in ſimul non excedant ſummam ſe-
xaginta ducatorum auri de Camera; in quibus tamen
requiritur Clericatus, licèt non delatio habitus, &
tonſuræ; ut idem Sixtus poſtea declaravit in alia Con-
ſtitutione, quæ incipit: Paſtoralis. *in Bullar. d. tom.*2.
pag 654. *Quamobrem uſu receptum eſt* (notetur tertiò)
ut Penſio non poſſit Laico reſervari niſi per Romanum
Pontificem, teſte Rebuffo *de Pacific. poſſeſſor. num.*
153. *aliàs* 135. & Navarro *conſ.*34. *de Præbend.* Huc
uſque Fagnanus; qui, ut legentibus patet, utramque
Conſtitutionem B. Pii V. ac Sixti V. prohibentem
reſervare Laicis perſonis Penſiones commemorat.

Et ne ſtudioſis onus relinquamus reperiendi ejuſ-
dem Sixti V. Conſtitutionem, quæ inter ſuas eſt
*Conſt.*92. Incipien. *Cum Sacroſanctam Dei Eccleſiam*
11 *&c. diei* 4. *Januarii Ann.* 1589. ejus verba hìc pariter
tranſcribenda duxi: præmiſsâ enim per ipſum Pontifi-
cem gravi indolentiâ contra eos, qui Beneficia, aut
Penſiones poſſidentes aſpernabantur deferre habitum,
ac tonſuram Clericalem; facto priùs *in* §.2. rigoroſo,
& abſoluto præcepto prædictis omnibus, ut jugiter in
habitu, atque Clericali tonſura incedant, ſub pœna
privationis tùm Beneficiorum, tùm Penſionum ipſo
facto incurrenda, poſtea in fine *ejuſdem* §. 2. ſubdit
hoc aliud præceptum his præciſis verbis: *In futurum*
autem non niſi actu Clericis, in Habitu Clericali, &
Tonſura, & Militibus infra dicendis, in Militari ince-

dentibus ſuæ Militiæ propria ; aut alia quæcunque Eccleſiaſtica etiam ſimplicia Beneficia reſpectivè conferantur , aut commendentur ; aut Penſiones , fructuſvè , aut bona Eccleſiaſtica reſerventur . Idcircò attentâ etiam hac Sixtinâ Conſtitutione, in qua Summus Pontifex præcepit , ut *in futurum non niſi actu Clericis Penſiones , fructuſvè , aut bona Eccleſiaſtica reſerventur :* extra omnem dubitationem eſt , quod facultatem non habent Epiſcopi reſervandi Penſiones quocunque nomine nuncupatas perſonis Laicis ; cum nemo negare poſſit , quod prædictæ Penſiones verè , ac realiter ſint fructus , & bona Eccleſiaſtica . Nicol. Noalis *de Tranſmiſſ. caſu 66. num.* 23. ubi alii DD.

Nec huic veritati , atque his Pontificijs Conſtitutionibus refragantur Doctores , & Rotæ Deciſiones *ſupr. num.* 5. in contrarium allegati . Nam alii loquuntur ex mente Canoniſtarum vetuſtorum , qui ſcripſerunt ante prædictas Bullas Papales ; quo tempo-
12 re prohibitum non erat reſervare Laicis ob benemerita , vel in ſtipendium ſervitii erga Eccleſiam , aliquam Penſionem ex fructibus beneficiorum , quæ dicebatur Temporalis ; & tales ſunt DD. quos citat Gigas *de Penſionib. q.* 6. *& q.* 21. Alii verò dum affirmant , Laicos eſſe capaces Penſionis ſuper fructibus Eccleſiaſticis reſervatæ , loquuntur in terminis juris communis , & ſecundum Canones antiquos , à quibus talis reſervatio ad favorem Laicorum benemerentium non erat prohibita ad tempus limitatum , ut videntur dicere , etſi obſcurè *text. in cap. Poſſeſſiones* 16. *q.* 1. *& in cap. Illud* . 16. *q.* 6. quos adducit Chartarius *d. deciſ.* 16. *num.* 46. *&* 47. & expreſsè proteſtatur Ferentill. ad Buratt. *d. deciſ.* 791. *num.* 5. ibi : *De jure communi eſt capax Penſionis Laicus* . Et Emin. Card. de Luca *de Penſion. d. diſc.* 10. *num.* 5. Alii autem moderni DD. dum dicunt , Laicos eſſe capaces Penſionis temporalis , intelligendi ſunt , prævia diſpenſatione Summi Pontificis , & dummodo ipſis à Papa prædicta Penſio reſervetur , non autem ab Epiſcopis : diſputant enim de ſola capacitate Laicorum pro habenda Penſione , non autem de facultate Epiſcoporum pro illa reſervanda ; & in tali themate ſcribunt Ridolphinus , Garzias , Barboſa , Tondut , Sanchez , ac alii ſupracitati ; ac manifeſtè loquitur Rota *part.* 2. *recent. deciſ.* 387. *num.* 3. ubi Penſio reſervata Laico benemerito per Priorem Miſſanen. Hoſpitalis S. Jo: Hieroſolymitani fuerat per Clementem VIII. confirmata ; & *in cit. part.* 5. *recent. deciſ.* 50. *num.* 22. ubi hæc ejus ſunt verba : *Nec dicatur , quod Papa diſpenſaverit cum Principe tanquam Laico , qui de Jure eſt capax Penſionis temporalis &c.* adeòut nunc nullus reperiatur Theologus , aut Canoniſta , qui aſſeveret , poſſe Epiſcopum reſervare Penſionem quamvis temporalem ſuper fructibus beneficiorum ; cum id ſit prohibitum per antedictas Conſtitutiones Pontificias B. Pii V. ac Sixti V. & adverſus illas ſolus Papa poſſit diſpenſare , etſi etiam ipſe Papa rarò diſpenſet , niſi ad favorem Magnatis , ut obſervaſſe teſtatur Ricciullus *de Jur. Perſon. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 6. ubi ait , per annos 25. ſe diverſatum in Curia Romana . Et quando à Papa obtinetur diſpenſatio ; datur quidem diſpenſatio expreſſa , non autem tacita , vel interpretativa , ut benè advertit Emin. Card. de Luca *de Penſionib. in Summ. num.* 5. *&* 6. cujus verba tranſcripſi *ſupr. Diſcord. I. num.* 25. firmans , quod Epiſcopi ſolummodò Clericis poſſunt reſervare Penſiones , non etiam perſonis Laicis ; quia nunc non habent ampliùs hanc facultatem . Hæc de prima inſpectione ; ex qua concluſi , fuiſſe nullam Penſionem reſervatam per Archiepiſcopum Corcyren. familiari ſuo Laico , ac primam Tonſuram non habenti .

Quo ad ſecundam inſpectionem , quæ concernit merita , ob quæ fuit conceſſa Penſio eidem Laico ; multò magis dicendum erat , conceſſionem Penſionis fuiſſe nullam ; quia Laicus prædictus cum fuerit ſimplex familiaris ſerviens in domo ejuſdem Archiepiſcopi,
13 nullam benemerentiam de ſe poterat allegare cum Eccleſia ; ſiquidem cum quinque ſint cauſæ , ob quas poteſt Ordinarius reſervare Penſionem , quas retuli ſupra *Diſcord. I. num.* 16. *& ſeqq.* nulla ex ipſis militabat ad ejus favorem ; niſi quod famulatus eſſet eidem Archiepiſcopo ; ſed ex tali famulatu non reſultat meritum pro obtinenda Penſione ſuper fructibus Canonicatus : ſi enim ſerviverit , etiam ſtipendium , ac mercedem ab ipſomet Archiepiſcopo præſumitur recepiſſe ; quod ſi non receperit , poteſt illud ab ejus hereditate petere , & obtinere ; quippè ipſe Prælatus erat
14 omninò obligatus ei ſalarium ſolvere . Bonacina *de Contract. diſp.* 3. *q.* 7. *punct.* 4. *num.* 11. Cotonius *lib.* 5. *Controv.* 5. *num.* 74. Et inea Erotemata *cap.* 52. *num.* 11. ſiquidem idem peccatum eſt non ſolvere ſalarium famulo , ac occidere hominem , ut dicitur in *cap. Imolans* . 14. *q.* 5. ubi hæc verba : *Qui effundit Sanguinem , & qui fraudem facit mercenario , fratres ſunt* . Nec poſſunt Epiſcopi , ſe ſubtrahere à ſolvendo ſalario famulis ſuis , imponendo Penſiones iiſdem ſolvendas per beneficiarios . Rebuff. de *Privil. Scholar. privileg.* 163. *& ſeq.* Roman. *conſ.* 140. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 228. *num.* 4. & Gabriel *conſ.* 170. *num.* 20. *vol.* 1.

Sed eſtò quod antedictus Jacobus Ciottus Penſionarius prætenderet habuiſſe meritum cum Eccleſia Corcyren. teneretur ea concludenter probare ; etiamſi Archiepiſcopus de aſſerto merito atteſtationem feciſſet in litteris reſervationis Penſionis , vel alibi ; quia , ut
15 ſcribit Tondut de *Penſionibus cap.* 1. *num.* 19. *Non creditur Epiſcopo dicenti , ſe Penſionem reſervare ex juſta cauſa : quia quando aliquid fieri non poteſt ſine cauſa , non creditur aſſerenti , niſi aliundè cauſa probetur ex regula generali , quod in prohibitis , quando non adeſt cauſa , non probatur cauſam adfuiſſe ex ſola prohibiti aſſertione . Ludoviſ. deciſ.* 294. *num.* 5. *& ibi adden. num.* 14. *Et in iſtis terminis Garzias p.* 1. *cap.* 5. *num.* 326. Idem ſcripſerunt inter antiquos Oldrad. *conſ.* 226. Gigas *de Penſionib. quæſt.* 68. Maſcard. *de Probat. concluſ.* 1161. *num.* 21. Et inter modernos Gratian. *d. Diſcept.* 617. *num.* 18. atque Emin. Card. de Luca *de Penſion. d. diſc.* 40. *num.* 4. & Barboſa *alleg.* 85. *num.* 12. Antonellus *de Regim. Eccl. lib.* 3. *cap.* 11, *num.* 15. & ex Theologis Caſtropalaus *tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 1. §. 2. *num.* 6.

Et equidem aſſerta merita ſunt probanda per ipſum Penſionarium cum duobus requiſitis . Unum, quod ceſſerint in evidentem utilitatem illius Eccleſiæ , ſeu beneficii , ſuper cujus fructibus impoſitum eſt onus Pen-
16 ſionis juxtà *anted. conſ.* 226. Oldradi ; & Caccialup. *de Penſionib. quæſt.* 13. *num.* 3. quibus adherent Leo *in Theſaur. for. Eccl. d. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 26. atque Emanuel Gonzalez *in Comment. ad cap. Niſi eſſent. num.* 8. *de Præbend.* Alterum , quod dicta merita interceſſerint de tempore reſervationis Penſionis , & talia , ut remunerationem expoſcerent ; adeòut ſi merita non præceſſerint , quamvis ſubſequutura ſperentur , Penſio ſit nulla , & invalida , ut teſtantur omnes DD. ex doctrina Rotæ *part.* 6. *recent. deciſ.* 358. *num.* 15. *& ſeqq.* Quapropter in præſenti caſu cum utrumque requiſitum deficiat , abſque ulla hæſitatione etiam ex hac inſpectione ſecunda concludendum venit pro nullitate aſſertæ Penſionis , prout ipſam nullam penitùs , atque penitùs reſcripſi prælibato Illuſtriſſimo , ac Reverendiſſimo Archiepiſcopo Barbadico .

Cœterùm corollarii loco non eſt inutile hîc annotare , Laicos quidem , ac Clericos conjugatos eſſe incapaces Penſionum ex prædictis Conſtitutionibus B. Pii V. ac Sixti V. ſed poſt earum publicationem iiſdem eſſe derogatum ad favorem Equitum Militiarum ſequentium , ad inſtantiam magnorum Principum , ut plurimùm , per Summos Pontifices approbatarum ; in quarum numerum Laicis Equitibus aggregatis , tanquam militantibus in favorem Chriſtianæ Religionis , & Eccleſiæ Univerſalis , per ſpecialia Privilegia eo-

rundem

Digitized by Google

17 eundem Summorum Pontificum conceſſum eſt, in
Laicali ſtatu viventibus, ac etiam conjugio ſociatis,
poſſe obtinere, ac retinere Penſiones. Hi autem ſunt
Equites Lauretani pro ſumma Ducatór. 200. *ex Conſt.*
16. Sixti V. de qua Adden. ad Burattum *deciſ.* 791.
num. 15. Ridolphin. *in Praxi Judic. part.* 2. *cap.* 9.
num. 69. Rota coram Ludoviſio *Deciſ.* 18. & coram
Othobono *deciſ.* 22. *num.* 36. Equites S. Stephani pro
Summa Ducator. 400. ex *Conſtit.* 46. Pauli V. Adden.
ad Buratt. *d. deciſ.* 791. *num.* 16. Ridolphin. *d. cap.* 9.
num. 73. & Monaldus *lib.* 2. *conſ.* 116. *num.* 2. Equites
Pii pro Summa Ducator. 250. de quibus Rota coram
Card. Seraphino *deciſ.* 758. Equites SS. Mauritii,
& Lazari pro ſumma Ducator. 400. *Ex Conſt.* 102.
§. 13. Clementis VIII. Adden. ad Buratt. *d. deciſ.*
791. *num.* 18. Ridolphin. *d. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 76.
& Tondut *de Penſionibus cap.* 77. *num.* 28. *& ſeqq.*
ubi etiam de præcedentibus agit. Et tandem Equites
Hieroſolymitani, ſeu Melitenſes, qui ſunt capaces
Penſionum etiamſi non ſint Clerici. Rota *part.* 1.
recent. deciſ. 645. *num.* 6. Ridolphin. *d. part.* 2. *cap.* 9.
18 *num.* 68. & Tondut *d. cap.* 77. *num.* 40. ubi advertit
Equites Melitenſes non eſſe verè Laicos, ſed Regu-
lares, quia emittunt tria Vota ſolemnia Religionis,
ideò capaces ſunt Penſionum, ſuper beneficijs, quæ
ſunt de Menſa ſuæ Religionis, ſecùs autem ſuper benefi-
19 cijs ſæcularibus, niſi ad eorum favorem interveniat
diſpenſatio Apoſtolica. Barboſa *de Jure Eccleſ. Univ.*
lib. 3. *cap.* 7. *num.* 52. Pyrrhus Corradus *in Praxi Diſ-*
penſat. Apoſtol. lib. 6. *cap.* 1. *num.* 29. Tondut *d. cap.*
77. *num.* 40. Hinc benè advertit Emin. Card. de Luca
de Penſionib. diſc. 42. *num.* 1. quod ipſi Equites Meli-
tenſes, qui profeſſi non ſunt, non poſſunt habere pen-
ſiones neque ſuper beneficijs Religionis Hieroſolymi-
tanæ, niſi Magnus Magiſter ex gratia ſpeciali cum
illis diſpenſet.

DISCORDIA IV.

ARGUMENTUM.

Cum Penſio ſit reſervata *die* 13. *Martii*, ſolvenda in duobus terminis ſcilicèt 25. *Martii*; *&* 8. *Septembris*; primus terminus eſt à Titulari antecipatè ſolvendus; ideſt quamvis ipſe nondum recollegerit fructus Beneficii. Moriente poſteà eodem Titulari de Menſe Julio, non ſoluto primo termino ejuſdem Penſionis maturato *die* 13. *Martii* proximè præteriti, & nondum recollectis fructibus; prædictus primus terminus, ac etiam ſecundus ſolvendus eſt à Succeſſore, ad quem tota recollecta fructuum pertinet illius anni: attentâ regulâ, quod tot debent eſſe ſolutiones integræ Penſionis uniuſcujuſque anni, quot ſunt fructuum recollectæ.

SUMMARIUM.

1 *Marcus Marchianus Vicarius Generalis Paduæ factus Epiſcopus Feltriæ Ann.* 1661.
2 *Feltriæ Civitatis deſcriptio.*
3 *Marcus Marchianus Epiſcopus Feltriam non adivit. Et cur?*
4 *Obiit Paduæ Anno* 1663. *& ſepultus fuit in Eccleſia Monialium S. Matthæi.*
5 *Jacobus Giera Epiſcopus Feltren. ejus Succeſſor laudatus.*
6 *Penſio eſt onus reale inhærens fructibus beneficii.*
7 *Fructus beneficii unius anni ſunt obnoxii omnibus oneribus beneficii, uſque ad novos fructus anni ſequentis.*
8 *Penſionem de proprio nemo ſolvere tenetur. Contrarium* num. 19.
9 *Penſionarius an agere poſſit contra Succeſſorem pro ratis non ſolutis à Prædeceſſore?*
10 *Diligentiæ priùs faciendæ à Penſionario contra Prædeceſſorem. Et quales?*
11 *Penſio Scut.* 400. *ſuper Epiſcopatu Feltren. reſervata ab Alex. VII. Cardinali Barbadico.*
12 *Penſiones tot ſolvendæ, quot ſunt fructuum recollectæ.*
13 *Titularis habens fructus Beneficii duorum annorum non tenetur ſolvere quinque ratas, ſeu terminos Penſionis; ſed quatuor tantùm.*
14 *Succeſſor in beneficio tenetur ſolvere ratam Penſionis maturatam vivente Prædeceſſore, ſi fructus illius anni ſpectent ad ipſum Succeſſorem*, & num. 16.
15 *Penſio ſolvenda eſt à Prædeceſſore, & à Succeſſore pro rata fructuum.*
17 *Antecipata Penſio quæ dicatur?*
18 *Annus Penſionis incipit à die reſervationis ejus.*
19 *Antecipata Penſio ſolvitur ante recollectos fructus.*
20 *Diligentiæ contra Prædeceſſoris heredes non fiunt, ſi ſolutio Penſionis ſpectet ad Succeſſorem.*
21 *Titularis pro ſolutione Penſionis convenitur tùm hypothecaria, tùm perſonali actione.*

ILluſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Marcus Marchia-
nus, cum fuiſſet Lector, ac Profeſſor Sacrorum Ca-
nonum per annos 40. circiter in hoc Publico Archi-
gymnaſio Patavino, ac Præceptor meus Humaniſſi-
1 mus, de cujus egregiis animi dotibus, ac virtutibus
memini *de Benefic. Diſcord. XI.* promotus fuit ab
Alexandro Papa VII. Anno 1661. ad Epiſcopatum
Urbis Feltriæ cum reſervatione Penſionis Scutorum
400. monetæ Romanæ ſuper fructibus illius Eccleſiæ
ad favorem Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi *Ven.*
mem. Gregorii Cardinalis Barbadici, tunc temporis
Epiſcopi Bergomenſis. Feltria eſt Urbs Epiſcopalis,
ſubdita Sereniſſimo Venetiarum Dominio, in Marchia
2 Tarviſina, intra Alpes Tridentinas ædificata, à Ce-
neta, & Belunno 15. mille paſſus, 50. autem à Tri-
dento diſtans, Patriarcham Aquilejen. in ſuum Me-
tropolitam recognoſcens; locuples mercaturâ ligna-
minum, ſed hyemali tempore ingentibus nivibus ob-
ruta, de qua Julius Cæſar hoc diſticon fertur pro-
tuliſſe:

Feltria, perpetuo nivium damnata rigore,
Atque mihi poſthâc haud adeunda, Vale.

Ejuſdem Civitatis magnum fuit gaudium ex notitia
ſupradicti ſibi aſſignati Antiſtitis, ac Paſtoris, quod
pauló poſt verſum eſt in triſtitiam, quia neque ejus
faciem potuit videre; ſiquidem ipſe Epiſcopus Mar-
3 chianus integrum primum Annum à die ſuæ promo-
tionis Romæ conſumpſit; ſecundum verò, & ultrà
moratus fuit Venetiis in audienda, ac diffinienda fa-
moſa illa controverſia Abbatiæ S. Zenonis de Verona,
de qua *in d. Diſcord. XI. de Benefic.* adeòut eâ com-
pletâ, & reverſus Patavium, Menſe Julio Anni 1663.
ut Feltriam adiret, malignâ febre correptus, breviſ-
ſimè vitam cum morte commutavit; ipſumque non
Sedes Epiſcopalis Feltren. ſed ſepulchrum in Eccleſia
4 Monialium S. Matthæi de Padua meruit amplecti;
ibi enim ad cornu Evangelii ante portam Sacriſtiæ
ejus cadaver fuit ſepultum; & de eo ita annotavit
P. M. Salomonius *in Inſcription. Urbis Patav. pag.*
262. *num.* 3. *Jacet hîc ſine titulo Marcus Marchianus*
Vicentinus Can. Patav. Juris Pontificii in prima Sede
Profeſſor, & Epiſcopus Feltrenſis. Obiit Ann. 1663.
die 31. *Julii.*

Defuncto ipſo Marchiano Epiſcopo, ab Apoſtolica
Sede ei ſubſtitutus fuit in eandem Epiſcopalem Digni-
tatem Feltriæ Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus.
Jac. Giera eodem Anno 1663. de Menſe Auguſto,
5 tanquam Vir in omni genere virtutum præclarus,
tunc Plebanus, ut dicunt, ſeu Archipresbyter Eccle-
ſiæ

Digitized by Google

ſiæ Collegiatæ S.Bartholomæi Venetiarum; ac Vicarius Generalis Patriarchalis ejuſdem Dominantis Civitatis; & adepta per eum poſſeſſione prædicti Feltren. Epiſcopatus orta eſt diſcordia inter illum ex una, ac inter Agentes Eminentiſſimi Cardinalis Barbadici, ad Epiſcopatum Patavinum à Bergomenſi tranſlati, ex alia, ſuper ſolutione ratæ Penſionis decurſæ, ac maturatæ in feſto Annunciationis Beatæ MARIÆ Virginis de Menſe Martio 1663. quam Epiſcopus Marchianus Prædeceſſor non ſolverat, & quam ab eodem Epiſcopo Giera Succeſſore antedicti Agentes poſtulabant.

Negabat ipſe dictæ ratæ ſolutionem, & dicebat, eam ſpectare ad heredes Prædeceſſoris ſui defuncti, quo vivente fuerat maturata, neque à ſe eſſe exigen-
6 dam ex duplici fundamento. *Unum* erat, quod Penſio cum ſit onus reale impoſitum ſuper fructibus beneficii. Gigas *de Penſionib. quæſt.* 39. *num.* 1. DD. quos citat, & ſequitur Rota *part.* 2. *recent. deciſ.* 508. *num.* 3, *& part.* 3. *deciſ.* 77. *num.* 1. prædicta Penſionis rata maturata de Menſe Martio 1663. erat ſolvenda ex fructibus Epiſcopatus collectis anno antecedenti 1662. & integrè perceptis ab Epiſcopo Marchiano Prædeceſſore, & ad ejus heredes tranſmiſſis, ſed cum obligatione ſolvendi omnia onera uſque ad novos fru-
7 ctus ſequentis anni. Borgnin. *deciſ.* 37. aliàs 81. *num.* 46. Bellettus *Diſquiſit. Clerical. part.* 1. *de Bonis Cleric.* §. 15. *num.* 13. Vivian. *de Jurepatron. lib.* 14. *cap.* 8. *num.* 19. Moneta *de Diſtribut. Quotid. part.* 3. *q.* 3. *num.* 24. & 25. ubi allegat textum *in cap. Præſenti.* §. *Porrò. De Offic. Ordin. in* 6. Cæſar de Panimoll. *deciſ.* 20. *Adnot.* 1. *num.* 43. & ego dixi in *Diſcord. Forenſ. De Beneficijs Diſcord. XLV. num.* 23. Itaque cum ipſe Epiſcopus Giera nullos fructus perceperit ex collectis Anno 1662. obligari non poterat ad ſolvendam ratam Penſionis Menſis Martii ſubſequentis dependentem à prædictis fructibus Anni 1662. eſt enim certa, & irrefragabilis Juris concluſio, à nemine eſſe
8 ſolvendam Penſionem de proprio, ſed de fructibus beneficii, ſuper quo eſt impoſita. Gigas *de Penſion. d. q.* 39. & *q.* 45. Rota *part.* 1 *diverſ. deciſ.* 128. *num.* 2. *& deciſ.* 699. *num.* 1. adeò ut ſi Succeſſor in beneficio non percipiat fructus illius anni; à quibus Penſio eſt detrahenda, non teneatur ad ejuſdem Penſionis ſolutionem; quia eatenùs ad illam tenetur, quatenùs perceperit fructus, ad notata in *l.* 1. *ubi* Jaſ. *num.* 4. *C. De Liberis præter.* Bartolus in *l.* 3. §. *Filius. num.* 7. *ff. de Liberis, & Poſthum.* Rota coram Card. Seraphino *deciſ.* 66. *num.* 3. Adden. ad Rotam *part.* 4. *recent. tom.* 3. *deciſ.* 576. *num.* 42. & *ſeqq.* ubi alias Deciſiones cumulat, in quibus omnibus firmatur, quod Penſio eſt onus reale fructuum, ac pars eorundem; & ideò ſolvenda ab heredibus illius, qui ipſomet fructus percepit, non autem à Succeſſore in beneficio.

Alterum fundamentum erat, quod licèt ex praxi Romanæ Curiæ, & ex Stylo Rotæ Penſionarius poſſit convenire, & agere etiam contra Succeſſorem in beneficio pro ratis Penſionis maturatis, & non ſolu-
9 tis à Prædeceſſore. Ludoviſ. *deciſ.* 507. *num.* 1. ubi aliæ Deciſiones, ac DD. attamen reſtringitur hæc facultas, ut non habeat locum, niſi poſtquam fecerit diligentias pro eadem Penſione exigenda à Prædeceſſore, vel heredibus illius, ut advertit Beltramin. *in addit. ad d. Deciſ.* 507. *num.* 7. & Ferentill. *in addit. ad Burattum deciſ.* 448. *num.* 10. *& ſeqq.* ſubdens
10 *num.* 12. hæc verba: *Probatio autem diligentiarum contra Anteceſſorem debet eſſe plena; quia materia eſt rigoroſa, & contra bonam fidem, quod Succeſſor teneatur pro Penſionibus decurſis tempore Anteceſſoris, ut ex* Puteo *deciſ.* 185. *in fin. lib.* 2. & Rota *in Larinen. Penſionis 7. Februarii* 1620. *coram* Ubaldo, *in qua etiam fuit dictum non ſuffragari diligentias factas contra Procuratorem Anteceſſoris.* Idem advertunt omnes Beneficialiſtæ, inter quos Loterius *lib.* 1. *q.* 39. *num.* 88. Tondut *de Penſion. cap.* 11. *num.* 3. addens *num.* 6. quod ſi ex ipſius Penſionarii negligentia in exigendo Titularis factus fuiſſet non ſolvendo, ſine dubio Succeſſor eximendus eſſet à petitione Penſionum decurſarum, & idem repetit *cap.* 20. *num.* 11. 12. *&* 24. & ibi Riccius *in Praxi deciſ.* 435. & prædictæ diligentiæ debent eſſe judiciales, & continuatæ, ut ait Burattus *d. deciſ.* 617. *num.* 6. ac noviſſimè Emin. Card. de Luca *de Penſion. diſc.* 19. *num.* 5. *&* 14. nec non *diſc.* 31. *num.* 8. & 9. Modò ſubjungebant Advocati ejuſdem Epiſcopi Gieræ Succeſſoris, quod Agentes Emin. Cardin. Barbadici Penſionarii negligentes fuerant in iiſdem diligentiis judicialibus faciendis contra Prædeceſſorem Epiſcopum Marchianum, & contra ejus heredes; & per conſequens ab ipſis non poterat Succeſſor moleſtari. Noalis *de Tranſmiſſion. caſu* 28. *num.* 84.

Has rationes, atque fundamenta antedicti Epiſcopi Feltren. Succeſſoris Emin. Card. Barbadicus, factus Patavinus Epiſcopus, dedit mihi, tunc Eminentiæ ſuæ Auditori, videnda, ac examinanda, ad effectum, ut reſponderem, An eſſent juri conſona, & juſta; quia ipſe Eminentiſſimus Penſionarius nullo modo volebat, ut circa hoc ſuum creditum ejus Agentes operarentur extra limites juſtitiæ. Porrò viſis Lit-
11 teris Apoſtolicis reſervationis antedictæ Penſionis, quæ erant expeditæ *ſub die* 13. *Menſis Martii Anni* 1661. dixi abſque ulla hæſitatione, quod de Jure, & in ſenſu veritatis, ac juſtitiæ, Epiſcopus Giera Succeſſor erat obligatus ſolvere ratam Penſionis maturatam *die* 25. *Martii* 1663. licèt adhuc viveret Epiſcopus Marchianus ejus Prædeceſſor, qui poſtea obiit *die* 31. *Julii eodem Anno* 1663. Ratio, ob quam affirmavi Epiſcopum Succeſſorem obligatum eſſe ſolvere dictam ratam, fuit, quia illa non ſpectabat ad Epiſcopum Marchianum Prædeceſſorem, neque ad ejus heredes: ſiquidem cum Penſio reſervata fuerit per Papam *Anno* 1661. *die* 13. *Martii* ſolvenda in duobus terminis futuris, ſcilicèt in feſtivitatibus Annunciationis, & Nativitatis DEIPARÆ, primus terminus die 25. Martii Anni 1661. maturatus, fuit ſolutus ab Anteceſſore, & pariter ſecundus maturatus die 8. Septembris ejuſdem Anni 1661. prout etiam alii duo termini anni ſubſequentis 1662. ſicque cum prædictus Anteceſſor habuerit tantùm duas recollectas fructuum Epiſcopatus Feltren. Annorum ſcilicet 1661. & 1662. ſolvit etiam duas integras Penſiones, videlicèt quatuor ratas, ſeu terminos; & non tenebatur ad ultrà, quia regula eſt apud Doctores infallibilis, tot eſſe ſolvendas Penſiones, quot
12 ſunt annuæ fructuum recollectæ. Rota coram Card. Cavalerio *deciſ.* 129. *num.* 2. & coram Coccino *deciſ.* 327. *num.* 1. Antonellus *de Tempore Legali lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 14. Tondut *de Penſion. cap.* 20. *num.* 9. Ridolphin. *in Praxi Judic. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 106. Loterius *lib.* 1. *q.* 44. *num.* 5. Emin. Cardin. de Luca *de Penſion. diſc.* 24. *num.* 13. *diſc.* 26. *num.* 4. *& diſc.* 79. *num.* 2. *&* 3. atque Noalis *conſ.* 12. *num.* 5. Ex qua regula duæ colliguntur validiſſimæ concluſiones: Una eſt, quod Heredes Epiſcopi Marchiani, qui habuit fructus Epiſcopatus duobus tantùm annis 1661. & 1662. non ſunt cogendi ad ſolvendas quin-
13 que ratas Penſionis. Puteus *deciſ.* 185. *lib.* 2. quia ad quatuor tantùm, ideſt ad duas pro unoquoque ex dictis duobus annis tenentur. Altera concluſio eſt, quod Epiſcopus Giera Succeſſor, qui habuit integram fructuum recollectam Anni 1663. tenetur ad ſolvendas utramque ratam Penſionis de Menſe ſcilicèt Martio, (etſi maturatam vivente Prædeceſſore) & illam de Menſe Septembri ejuſdem Anni 1663. ut in ſimili caſu præſentis Diſcordiæ deciſum poſtea fuit à Rota *in Faventina Penſionis. 7. Februarii* 1676. coram Calatajù; quæ fuit impreſſa *in part.* 18. *recent. deciſ.* 646. quam hic per extenſum ponere libet.

Die Septima Februarii 1636. *ad favorem Ferdinandi*

Cenni-

Digitized by Google

Cennini reſervata fuit annua Penſio ducatorum 72. ſuper beneficio S. Stephani de Carleto ſolvenda per Titularem in duobus terminis, nempè 25. Martii, & 8. Septembris. Succeſſit de Menſe Aprilis Anni 1671. in dicto beneficio Hieronymus Gotius, qui cum ſolvere
14 *recuſaret primum terminum antecedenter de Menſe Martii maturatum, dedi dubium, An teneatur illum ſolvere? Quod affirmativè fuit per Dominos reſolutum. In hac enim materia, quæ regulatur ad terminos l. Defuncta. ff. De Uſufruct. in facienda repartitione ſolutionis Penſionis inter Titularem Anteceſſorem, & Succeſſorem, inſpiciendum eſt tempus reſervationis, à quo incipit annus, & terminat eadem die ſequentis anni; intra quod ſpatium videndum eſt, quis faciat recollectionem fructuum, nulla habita conſideratione, quod illa ſit in duos terminos diſtributa, cum hoc fiat pro commodiori ſolutione, ut firmant* Garzias *de Benefic. part. 1. cap. 5. num. 190.* Tondut *de Penſionib. cap. 20. num. 5.* Antonell. *de Tempore Legali lib. 1. cap. 47. num. 14. & tenuit* Rota *coram* Penia *deciſ. 703. & coram* Coccino *deciſ. 327.* & *coram* Cardin. Cavalerio *deciſ. 129. Si enim fructus partim fuerunt*
15 *percepti ab Anteceſſore, partim à Succeſſore, quilibet tenetur Penſionem ſolvere pro rata fructuum; & ratio eſt, quia Penſio reſervatur ſuper fructibus, undè pro illorum rata ſolvenda eſt.* Gigas *de Penſion. q. 39. num. 7.* Rota poſt Pacificum *de Salviano Interdict. deciſ. 221. num. 1. & 2.* & coram Cardin. Cavalerio *d. deciſ. 129.* & coram Durano *deciſ. 448. à num. 34.*

In propoſito autem caſu, quia Hieronymus adeptus fuit poſſeſſionem Beneficii de Menſe Aprilis 1671. & integros fructus dicti Anni percepit, ut non contro-
16 *vertitur inter Partes, procul dubio tenetur ad primum terminum ejuſdem Anni, licèt dies ſolutionis ceſſerit ante captam ab eo poſſeſſionem ex Auctoritatibus ſupra adductis.*

Præſens Deciſio adaptatur in omnibus præſenti Diſcordiæ, in qua reſervata fuit Penſio Emin. Cardinali Barbadico *die 13. Menſis Martii*; & ejus annus finitur *eodem die 13. Martii* ſubſequentis anni; ideò uterque terminus Penſionis *diei 25. Martii, & diei 8. Septembris* eſt ſolvendus ex fructibus recollectis unius, ac ejuſdem anni; nihil refragante, quod terminus de Menſe Martii maturetur ante recollectos fructus, quia vocatur terminus antecipatus, & habet
17 relationem ad fructus poſtea in eodem anno colligendos, ut declarat Rota poſt Vivian. *de Jure Patron. deciſ. 98.* & hac de cauſa Epiſcopus Marchianus Prædeceſſor, ſivè ejus Heredes non tenentur ſolvere terminum Menſis Martii 1663. quia ipſe fructus Epiſcopatus non recollegit eodem Anno 1663. E contra Epiſcopus Giera Succeſſor tenetur ad ſolutionem prædicti termini Menſis Martii d. Anni 1663. etſi maturati vivente ſuo Prædeceſſore, quia ipſe Epiſcopus Succeſſor habuit recollectam fructuum ejuſdemmet Anni 1663. & ſic dicitur ſolvere dictum terminum Menſis Martii antecipatè, ut etiam explicat Tondut *de Penſion. d. cap. 20. num. 8.* & Cardin. Cavalerius *d. deciſ. 129. num. 2.* ubi inquit, quod pro una recollecta fructuum Titularis non eſt cogendus ſolvere tres ratas; quod utique eveniret, ſi Heredes Epiſcopi Marchiani Prædeceſſoris compellerentur ſolvere terminum Menſis Martii Anni 1663. ex rationibus, & auctoritatibus ſupra deductis.

Neque ſubſiſtunt fundamenta, quæ ex adverſo allegabant Advocati pro Epiſcopo Giera Succeſſore. Non primum; quod fructus percepti per Prædeceſſorem Anno 1662. erant obligati ad omnia onera Epiſcopatus Feltren. uſque ad novos fructus Anni ſubſequentis 1663. Quia quidquid ſit de aliis oneribus, circa Penſionem, de qua diſſeritur, non ſunt obligati niſi per totum Annum ipſius Penſionis, qui
18 completur die 13. Martii, nam eodem die fuit reſervata; & à die ejus reſervationis incipit Annus, & in eodem die completur Anno ſequenti. Tondut *d. cap. 20. de Penſionib. num. 1.* Noalis *conſ. 12. n. 3.* Ridolphin. *d. part. 2. cap. 3. num. 105.* Rota coram Coccino *d. Deciſ. 327. num. 1.* undè Annus Tertius ejuſdem Penſionis, ad quam ſolvendam eſt obligatus Epiſcopus Giera Succeſſor incipit *die 13. Martii 1663.* & quamvis die 25. ejuſdem Menſis Martii, quo maturatur primus terminus Penſionis, nondum facta ſit recollectio fructuum Epiſcopatus per ipſum Epiſcopum Giera; ſolvendus eſt ab ipſo, quia antecipatè ſolvitur, & pendet à fructibus poſtea colligendis, ut benè advertit Ridolphin. *d. cap. 3. num. 106.* ibi: *Si Penſio eſt antecipata, utpotè quia inter diem reſervationis Penſionis, & diem primi termini maturati, nul-*
19 *li poſſunt colligi fructus; tunc Beneficiatus tenetur illam ſolvere de proprio, etiamſi nullos fructus habuerit, cum cenſeatur hoc caſu Papa voluiſſe, ut ſe revaleat ex fructibus recolligendis.* Idcircò Penſio eſt onus reale fructuum, & pars eorum; utique antea collectorum à Titulari, ſi termini pro ſolutione ejus ſint poſticipati; ſed è contra poſtea colligendorum, ſi termini ejuſdem ſolutionis ſint anticipati, ut ex Loterio *d. lib. 1. quæſt. 44. num. 5.* ex Gratiano *Diſcept. 548. num. 47. & 48.* Rota coram Buratto *deciſ. 670. num. 1.* & *part. 2. recent. deciſ. 166 num. 8.* ubi quod frequenter reſervantur Penſiones à Papa in terminis antecipatè ſolvendis; & concordat eadem Rota *part. 15. recent. deciſ. 356. à num. 3. & ſeqq.*

Secundum pariter fundamentum ex adverſo deductum non ſubſiſtit de non factis diligentiis contra Prædeceſſorem; quia tunc diligentiæ requiruntur, &
20 præcedere debent, quando agitur de ſolutione terminorum Penſionis, quos Prædeceſſor ſolvere tenebatur, ut ex deciſionibus Rotæ, ac DD. allegatis. At in præſenti caſu terminus, ſeu rata Penſionis de Menſe Martio 1663. non ſpectat ad Prædeceſſorem, ſed ad ipſum Succeſſorem in Epiſcopatu Feltren. ut probatum eſt; & ideò quia agitur de ejus debito ſpeciali ob recollectionem fructuum per eum habitam eodem Anno 1663. non ſunt neceſſariæ diligentiæ contra Heredes ejus Prædeceſſoris; ſed ipſe jure optimo convenitur coram Judice ab Agentibus Eminentiſſimi Cardinalis Penſionarii, ut antedictam ratam Penſionis ſolvat; & equidem duplici ratione, hypothecaria ſcilicèt, ac perſonali, ut doctè ſcribit Tondut *de Penſion. d. cap. 20. n 20 & ſeqq.* ita dicens: *Pro Penſione reſervata competit Penſionario adverſus fructus beneficii Penſione gravati hypotheca, in ipſa reſervatione Penſionis inducta, cum Penſio ſit onus reale ipſi*
21 *beneficio inhærens; fructus enim qui naſcuntur ex fundo ſunt tacitè obligati pro Penſionibus ſuper illo fundo impoſitis. l. Si ex Lege. §. Si colonus. ff. Locat. l. In prædiis. ff. In quibus cauſis pign. vel hypoth. tac. contrahat. & hæc eſt hypotheca tacita, ut probat* Mantica *de Tacit. convent. lib. 11. tit. 14. num. 7. & ita deciſum fuit per Rotam apud* Merlin. *deciſ. 478. num. 1. & 2. in qua dicitur, Succeſſorem in beneficio, in quo Penſio reſervata eſt, teneri actione reali ratione fructuum, quos percepit, ſuper quibus fuit impoſitum onus reale Penſionis ſecundum* Abb. *in cap. Quærelam. De Elect. in 3. notabili, & alios ibidem allegatos. Et ultra actionem realem, teneri quoque actione perſonali, propter quaſi contractum initum à Succeſſore beneficii, dum illud ſic Penſione gravatum acceptavit, idem tradit* Mantica *deciſ. 273. num. 1. & qui plures Auctores hujus ſententiæ deſiderat, videre illos poteſt apud* Merlinum *in tractatu de Pignorib. lib. 2. tit. 3. q. 92.* Barboſam *de Jur. Eccl. Univ. lib. 3. cap. 11. num. 70.*

His rationibus, juribus, ac auctoritatibus convicti fuerunt Advocati Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Epiſcopi Gieræ, & ab eo promptè ſolutus fuit prædictus terminus maturatus die 25. Martii Anni 1663.

Digitized by Google

DISCORDIA V.

ARGUMENTUM.

Agitur de Penſionariorum exemptione à Decimis Papalibus, ac Subſidiis, & oſtenditur, dictam exemptionem ceſſare in Decimis, & Subſidiis poſteriùs, ideſt poſt reſervatas eorum Penſiones, conceſſis, & hoc ob prægnantiſſimas clauſulas, quibus Papa derogat cuicunque antecedenti exemptioni, & decernit etiam Penſionarios quomodolibet exemptos ad ſolutionem teneri earundem Decimarum, ac Subſidiorum.

SUMMARIUM.

1 *Penſionum onus Scut.* 8000. *impoſitum Epiſcopatui Patavino Ann.* 1664.
2 *Cleri Patavini onera publica ordinaria, & extraordinaria.*
3 *Beatius eſt magis dare, quàm accipere.*
4 *Decimæ Papales conceſſæ Reipublicæ Venetæ pugnantis contra Turcas.*
5 *Penſionarii Epiſcopatus Paduæ de Anno* 1664.
6 *Penſionarii ſunt exempti à Decimis, ac Subſidiis Papalibus.*
7 *Clauſulæ Litterarum Apoſtolicarum eximentes Penſiones à Decimis, & Subſidiis.*
8 *Doctores de hac exemptione Penſionum ſcribentes.* Et num. 31.
9 *Cardinalium S.R.E. beneficia ſunt à Decimis Papalibus exempta.*
10 *Totius ad partem an valeat argumentum?* Et n. 32.
11 *Clauſulæ obligantes Penſionarios ad ſolutionem Decimarum Papalium.*
12 *Clauſulæ obligantes eoſdem ad ſolutionem Subſidiorum.*
13 *Penſionarii non tenentur ſolvere Decimas, & Subſidia ante reſervatas Penſiones conceſſa.*
14 *Penſionarii tenentur ſolvere ratam Decimarum, & Subſidiorum, quæ ſunt conceſſa poſt reſervatas eorum Penſiones.*
15 *Barboſæ doctrina de hujuſmodi obligatione.*
16 *Loterii idem docentis verba.*
17 *Garzias ſcribens idipſum.*
18 *Monetæ eadem doctrina.*
19 *Azorii idem ſentientis verba.*
20 *Tonduti hanc obligationem Penſionariorum approbantis.*
21 *Theodoſii Rubei verba conformia.*
22 *Ventriglia quoque hoc idem atteſtans.*
23 *Rotæ deciſio de eadem Penſionariorum obligatione.*
24 *Decimæ Papales, ac Subſidia in Statu Veneto Annis* 1666. 1668. 1675.
25 *Exemptio à Decimis duplex Realis, & Perſonalis.*
26 *Cardinalium exemptio à Decimis Papalibus eſt perſonalis.*
27 *Coloni an gaudeant exemptione à Decimis conceſſa eorum Dominis?*
28 *Beneficia unita Officio S. Inquiſitionis ſunt exempta à Decimis, ac Subſidiis Papalibus.*
29 *Solutio facta in Ærario Publico Venetiarum pro rata Penſionariorum Epiſcopatus Paduæ ad Decimas, & Subſidia.*
30 *Penſionarii ex reſignatione non tenentur ad Decimas Papales, neque ad Subſidia.*

NOn eſt mirandum, quod *Ven. Mem.* Emin. Cardinalis Gregorius Barbadicus, qui ditiſſimum Epiſcopatum Patavinum poſſidebat, exigeret etiam annuam Penſionem Scutorum 400. monetæ Romanæ ab Epiſcopatu Feltrenſi, ut in præcedenti *Diſcord. IV.* quandoquidem Eminentia Sua tranſlata fuit de Eccleſia Bergomen. ad hanc Patavinam Anno 1664. oneratam pluribus Penſionibus, ad ſummam Scutorum 8000. conſimilium aſcendentibus, ad favorem diverſorum Prælatorum Romanam Curiam ſe-
1 quentium, per Alexandrum VII. reſervatis; quarum ſolutio exhauriebat duas tertias partes, & ultrà introituum hujus Patavini Epiſcopatus; ac alia tertia pars, quæ pro ſuſtentatione ejuſdem Eminentiſſimi Antiſtitis remanebat, ſubjecta exſtabat gravedinibus publicis ordinariis, quas Dadias, aliaſque impoſitio-
2 nes Cleri extraordinarias pro Militiis, ac reparatione aggerum fluminis Atheſis, (agros Patavinos frequenter, ut diſſerui ſupra *Diſcord. II.* inundantis) nos appellamus; & nihilominùs Eminentia Sua promptè, ac punctualiter eaſdem Penſiones ſolvebat, ſolita di-
3 cere id, quod habetur *Act.* 20. 15. *Beatius eſt magis dare, quàm accipere;* quæ verba commentans Cornelius à Lapide plura notatu digna ibi ponit in laudem eorum, qui generoſo, ac liberali animo dant aliis bona, quæ poſſident; & inter cætera refert verſus illos Martialis:

Extra fortunam eſt, quidquid donatur amicis,
Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.

Harum occaſione ſolutionis Penſionum numeroſarum, orta eſt Diſcordia inter Penſionarios ipſos, ac Subcollectorem Decimarum Papalium, per Sedem Apoſtolicam Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ pu-
4 gnantis contra Turcas, Regnum Cretæ obſidentes, conceſſarum; nam à Subcollectore tunc temporis deputato prætendebatur, quod ipſi Penſionarii contribuerent pro iiſdem Decimis ratam tangentem ſummas earundem Penſionum, quæ eſt Scutorum ſex pro ſingulo centenario; ad quem effectum intimaverat Agentibus Eminentiæ Suæ, ut ſex illa ſcuta detraherent in ſolvendis Penſionibus, & ea in Publica capſa Magnificæ Cameræ Ducalis, ubi Decimæ Papales recipiuntur, numerarent. At è contra ipſi Penſionarii, qui ab eodem Eminentiſſimo Cardinali Epiſcopo Patavino Penſiones exigebant, quales erant
5 Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Patriarcha Aquilejen. electus Delphinus; Gradonicus Epiſcopus Tarviſinus, Premolus Epiſcopus Concordien. & alii, inſtabant, ſe liberari ab hac prætenſione; tùm quia reſervatæ ſibi fuerant eorum Penſiones ab Apoſtolica Sede, liberæ, ac immunes à quocunque onere, etiam à Decimis Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ conceſſis; tùm etiam quia illas exigebant ab Epiſcopatu Patavino libero, ac exempto à prædictarum Decimarum ſolutione; quia Cardinales Epiſcopi in hoc Sereniſſimo Venetiarum Dominio ſunt immunes à prædictis Decimis; cumque fructus Epiſcopatus iiſdem Decimis non ſint ſubjecti, neque Penſiones, quæ pars ſunt ipſorum fructuum, ſubiici debent antedictæ ſolutioni.

Circa hanc Diſcordiam de nullo intereſſe agebatur Eminentiſſimi Cardinalis Epiſcopi Patavini; quia ei idem erat vel ſolvere Penſionariis Penſiones integras, vel factâ detractione ſex Scutorum pro unoquoque centenario, illa Scuta conſignare Publicæ Capſæ Sereniſſimi Dominii. Nihilominùs ad talem qualem intellectualem ſatisfactionem commiſit mihi Eminentia Sua, ut ei referrem in puncto Juris, & in ſenſu Ve-
6 ritatis, Quid faciendum? Reſpondi, quod prima fronte videbatur juſta inſtantia DD. Penſionariorum ex duabus rationibus prædictis per eos motivatis. Prima ſcilicèt quia in reſervatione ſuarum Penſionum, ut legebatur in Litteris Apoſtolicis ſuper eis expeditis, Papa fecerat illas immunes, & exemptas, juxtà ſequentia verba: *eas ab omni Decima, quarta, media, & quavis alia fructuum parte, Subſidio etiam charitativo, & quocunque alio tàm ordinario, quàm extraor-*
7 *dinario onere quomodolibet nuncupato; etiam à Decimis Reipublicæ Venetæ per Sedem Apoſtolicam conceſſis, & pro tempore concedendis, etiam pro reparatione*

tione Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Cruciata ſancta, & expeditione contra Turcas, & alios infideles; etiam pro Seminario puerorum Eccleſiaſtico, & manutentione Claſſis triremium, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum quorumcunque Principum inſtantiam, ac pro ejuſdem Sedis Apoſtolicæ neceſſitatibus, ac aliter canonicè impoſitis, & imponendis; etiamſi in impoſitionibus hujuſmodi caveatur expreſsè, quod Penſionarii quicunque pro rata Penſionum ſuarum quantumvis exemptarum præmiſſis omnibus contribuere teneantur, ac aliàs in omnibus, & per omnia, ac quo ad omnia liberas, immunes, & exemptas. Quâ exemptione per clauſulas ita prægnantes factas à quocunque onere, Penſionarios non teneri ad aliquam ratam vel Decimarum, vel Subſidiorum Papalium, pluries reſolvit Rota, & præcipuè apud Seraphin. *deciſ.* 1348. item *deciſ.* 702. *part.* 2. *recent.* ac coram Durano *deciſ.* 48. quæ habetur etiam apud Poſtium *de Manuten. tom.* 2. *deciſ.* 212. nec non alibi, ut notat Theodoſius Rubeus *in Singular. ad d. deciſ.* 1348. *Seraphini tom.* 1. *pag.* 121.
8 & tenent Doctores, quos allegat Tondut *de Penſionib. cap.* 6. *num.* 20. inter quos Gigas *eod. tract. quæſt.* 59. *num.* 6. Bellencin. *de Charitativ. Subſid. quæſt.* 58. *n.* 3. Covaruvias *Var. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 9. Rebuffus *de Decim. quæſt.* 5. *num.* 28. & *quæſt.* 13. *num.* 103. & *ſeqq.* ac alii plures.

Altera quoque ratio ſuffragari videbat DD. Penſionariis, quod ſcilicèt fructus omnes Epiſcopatus Patavini, vivente Cardinali Epiſcopo, erant immunes,
9 ac liberi à dicto onere Decimarum. Sed Penſiones ſunt pars eorundem fructuum. Ergo idem dicendum de iiſdem Penſionibus: ſiquidem validiſſimum eſt argumentum de toto ad partem. *l. Quæ de tota.*
10 *ff. De Rei vindicat.* Everard. *in Topic. Legal. loco* 80. Menochius *de Præſumpt. lib.* 3. *Præſumpt.* 35. *num.* 27. Card. Tuſchus *tom.* 1. *Litt.* A. *concluſ.* 499. *num.* 1. & Rota *part.* 1. *recent. deciſ.* 222. *num.* 9.

His tamen non obſtantibus in ſenſu veritatis dixi, eoſdem DD. Penſionarios obligatos eſſe contribuere pro rata ſuarum Penſionum tùm ſolutionem Decimarum, tùm Subſidiorum, de quibus ſupra; & pro intelligentia hujus mei Reſponſi in primis oportet obſervare verba per Papam inſerta in Brevibus Apoſtolicis conceſſionum earundem Decimarum, ac Subſidiorum, quas Summi Pontifices faciunt Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ; quæ ſunt ſequentia. In conceſſione Decimarum ita Papa loquitur in ſuo Brevi poſt expreſſam impoſitionem earum ſuper fructibus quorumcunque Beneficiorum, & Eccleſiarum ab illorum, & illarum poſſeſſoribus ſolvendarum: *Ac inſuper (indicimus, & imponimus) alias decem, & octo*
11 *Decimas omnium, & quarumcunque Penſionum annuarum ſuper fructibus, redditibus, & proventibus ſupraſcriptis aſſignatarum, & aſſignandarum, ab omnibus, & quibuſcunque perſonis cujuſcunque gradus, dignitatis, & conditionis &c. Penſiones, ſeu fructus, aut illorum partem hujuſmodi in eodem Dominio (Veneto) quocunque Jure, ac titulo obtinentibus, & obtenturis &c. ex quacunque Auctoritate Apoſtolica in toto, vel in parte reſervatas habentibus, vel habituris &c. quacunque ampliſſima, & firmiſſima exemptione, & immunitate reali, perſonali, vel mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua, etiam ex titulo quantumvis oneroſo ſuffultis integraliter, & cum effectu numerandas, perſolvendas, & conſignandas. Ulterius &c. univerſas, & ſingulas perſonas, quavis dignitate, vel auctoritate fungentes, tàm ſupraſcriptas Eccleſias, Monaſteria, & beneficia quomodolibet obtinentes; ac Penſiones, ſeu fructus, aut eorum partem ſibi, ut præmittitur, reſervatos percipientes, quàm ultimò dictas Congregationes &c. ad hujuſmodi Decimas &c. integrè perſolvendas efficaciter teneri, & verè obligatos eſſe, iiſdemque Penſionariis, aut eorum alicui Penſiones annuas prædictas quantumlibet exemptas, & ſub quibuſvis obligationibus, etiam in forma Cameræ, & juramento, etiam de non contraveniendo, & forſan de non impetrando gratias noſtras contra eos, & de non utendo conceſſis firmatas, aut aliàs vallatas, & forſan aliis cautelis, & decretis munitas, cauſam donationis ſuper iiſdem fructibus, & penſionibus, etiam medio cedularum banchi, ſeu in forma depoſiti habentibus, & intra novem annos præfatos habituris; etiamſi ipſi, à quibus Penſiones hujuſmodi ſolvendæ ſunt, juri, & actioni petendæ, vel retinendæ portionis, aut ratæ partis Penſionarios tangentis, jurejurando renunciaverint, ulla Privilegia, aut Indulgentias, ſub quacunque verborum forma, aut expreſſione concepta quo ad hoc nullatenùs ſuffragari volumus; ſicque, & non aliter in præfatis univerſis, & ſingulis per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, ac definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecùs ſuper his à quoquam, quâvis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtante Regula noſtra de non tollendo Jure quæſito, ac aliis quibuſvis Apoſtolicis &c. Conſtitutionibus &c. etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis &c. mentio habenda eſſet, quæ eis quo ad præmiſſa nolumus in aliquo ſuffragari.* Hucuſque Summus Pontifex in Brevi Apoſtolico conceſſionis Decimarum Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ de novem in novem annos.

Iiſdem ferè verbis, clauſulis, ac derogationibus utitur in Brevi conceſſionis Subſidii; ad cujus ſolutionem obligatos eſſe præcipit *non ſolùm quorumcunque Beneficiorum, Eccleſiarum, ac Monaſteriorum poſſeſſores; ſed etiam habentes, & habituros Penſiones annuas quantumcunque exemptas, & ſub quibuſvis obligationibus, etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ, & juramento, etiam cum ſuſceptione cenſurarum, & de*
12 *non contraveniendo, ac etiam fortaſsè de non impetrando gratias noſtras contra eos, & conceſſis non utendo vallatis, & forſan aliis etiam efficacioribus cautelis, & decretis, ac clauſulis ſuper eiſdem fructibus, & Penſionibus, etiam medio cedularum banchi, ſeu in forma depoſiti habentibus, & habituris &c.* Subdens deinceps derogationem cujuſcunque Privilegii, & exemptionis, dicens: *quibus, aut quorum aliquibus ulla Privilegia, exemptiones, aut Indulta ſub quacunque verborum forma, & expreſſione conceſſa quoad hoc nullatenùs ſuffragari poſſe volumus &c. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua &c. mentio habenda foret &c. Tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum &c. præſentibus pro ſufficienter expreſſis &c. habentes &c. ſpecialiter, & expreſsè derogamus.*

His verbis Litterarum Apoſtolicarum ſtantibus in conceſſione Decimarum, & Subſidiorum, quæ per Summos Pontifices fit ad favorem Sereniſſimi Dominii Veneti ad Reſpondendum de Jure, Utrùm Penſionarii teneantur pro ratâ ſuarum Penſionum exemptarum ſolvere eaſdem Decimas, ac Subſidia, neceſſarium eſt diſtinguere duos caſus. Primus eſt, ſi reſervatio Penſionis facta eſt poſt conceſſas Decimas, vel impoſitum Subſi-
13 dium? Et tunc Penſionarii ſunt immunes ab iiſdem Decimis, & Subſidiis antecedenter impoſitis; quia in reſervatione Penſionis Papa derogat obligationi præcedenti, quam impoſuerat Penſionariis ſolvendi prædictas Decimas, ac Subſidia. Vel conceſſio Decimarum, & Subſidiorum poſterior eſt reſervationi Penſionum (prout in caſu præſentis Diſcordiæ, in quo poſt reſervatas Penſiones ſuper fructibus Epiſcopatus Paravini vacantis per obitum Antiſtitis Georgii Cornelii Anno 1663. paulò poſt, ſcilicèt Annis 1666. & 1669. fuerunt impoſitæ novæ Decimæ, & nova Subſidia)

14 ſidia) & tunc exemptio Penſionum non ſuffragetur Penſionariis, quia remanet derogata, & eliſa per ſupraſcripta prægnantiſſima Verba derogationis, inſerta per Summos Pontifices in Brevibus Apoſtolicis, in quibus concedunt Decimas, ac Subſidia; præcipuè cum Clauſula *Quorum tenores*, ut ex Deciſionibus Rotalibus, quas allegant, ſcribunt Doctores ſequentes; Videlicet

Barboſa *in Praxi exig. Penſ. part.* 1. *q.* 7. *num.* 31. ubi ſic: *Dubitabatur etiam, An pleniſſima exemptio, quam obtinent Penſiones ſecundum hodiernum Stylum reſervatæ, præjudicet in aliquo Subſidio, & Excuſato?* 15 Excuſatum in Hiſpania idem eſt ac Decima, nam conceditur à Papa de quinquennio in quinquennium: *In quo dubio*, (ſequitur Barboſa) *vera eſt diſtinctio eorum, qui reſolvunt, reſervationem Penſionis poſteriorem Excuſato eſſe ab eo exemptam, & immunem; ſecùs verò ſi anterior fuerit reſervatio; quia per poſteriorem Excuſati conceſſionem, ſeu prorogationem cenſetur derogatum clauſulis anterioris exemptionis*. & citat Garziam, Monetam, Azorium, & Rotæ deciſiones infra referendas.

Loterius *lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 23. *& ſeqq.* concordat, ita dicens: *Conſuevit apponi in Litteris reſervationis (Penſionis) clauſula hæc*: liberam, immunem, & exemptam: *qua ſtante Penſionarius non tenetur ad talia* 16 *onera*. Gigas *quæſt.* 59. *num.* 6. *niſi poſt conceſſionem talis gratiæ imponeretur per ipſum Papam onus cum decreto, quod Penſionarii tenerentur pro eadem rata, & cum derogatione quarumcunque exemptionum cum clauſula* Quorum tenores &c. *ut latè fuit concluſum deciſ.* 161. *ex num.* 3. *part.* 2. *Diverſor. quæ eſt in materia Excuſati*.

In qua eſt advertendum, quod Excuſatum conceditur Regi Catholico de quinquennio in quinquennium; & propterea dum reſervantur Penſiones ſuper beneficiis Regnorum illius, decretum exemptionis ſemper declarat expreſsè, ut ſit immunis Penſio in ſpecie ab Excuſato; quæ expreſſio ſi omitteretur, utique ad illud non porrigeretur clauſula donationis, quæ conſuevit ſubiici, ut in Decimis ex Conſtitutione Apoſtolica præexiſtente declaravit Rota apud Seraphinum *deciſ.* 331. *num.* 1. *& per totam. Poſita itaque expreſſa exemptione ab Excuſato; quandiu durat illud quinquennium, in quo incidit reſervatio Penſionis cum dicta clauſula, tandiu durat effectus derogationis, & declarationis hujuſmodi; eo verò finito, expirat vis clauſulæ, neque reintegratur; idque propter prægnantiores clauſulas, quæ rursùs inſeruntur in novo* Indulto *ſuper Excuſato ad aliud quinquennium; quod latè firmavit* Rota *d. deciſ.* 161. *& rursùs maturè diſcuſſo articulo idem fuit deciſum in Aſculana Penſionis* 7. *Februarii* 1586. *coram* b. m. Card. Pamphilio. *Vis enim derogationis ſtat in tempore poſteriori. vulg. l. Sed & poſteriores. ff. de Legib. juncta clauſula remotiva obſtantiarum, cum clauſula* Quorum tenores &c. *quæ habet vim ſpecificæ derogationis juxta* Butrium *conſ.* 2. *ſæpiſſimè per Rotam canonizatum; ut in ſpecie fuit ponderatum in d. Aſculana Penſionis; itaut in vanum obtendatur clauſula derogatoria derogatoriarum in Litteris reſervationis; quia neque indè impeditur facultas revocandi, neque effugitur voluntas etiam Papæ ex clauſulis generalibus, ubi eæ ſua generalitate (prout hic) omnem formam reſpiciunt. Aliàs foret, vel jam quid conſtituere contra plenitudinem poteſtatis Papæ, ut eleganter conſiderat* Baldus *in cap. Cum dilecta. ſub num.* 12. *Verſ. Item dic quod ubi Papa de Reſcript. vel certè ipſi Papæ legem imponere, quod eſſet ridiculum, ut poſt alios pronunciavit* Rota *deciſ.* 666. *num.* 2. *&* 3. *in part.* 1. *recent.* Hucuſque Loterius, cujus verba non me piguit tranſcribere non ſolùm quia firmant regulam, quod Penſiones exemptæ privantur exemptione per poſteriores conceſſiones Decimarum, ac Subſidiorum, prout in caſu noſtræ Diſcordiæ; ſed etiam quia elidunt clauſulas exemptivas earundem Penſionum, in quibus DD. Penſionarii hujus Patavini Epiſcopatus ſe fundabant; autumantes eas eſſe irretractabiles; & tamen Papa eas retractat, quia vult, & præcipit, etiam Penſionarios quacunque exemptione in antea eis conceſſa in reſervatione ſuarum Penſionum, teneri deinceps ad novarum Decimarum, & Subſidiorum ſolutionem pro rata earundem Penſionum. Idem aſtruit

Garzias *de Beneſic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 173. verbis iſtis: *Quæ tamen exemptio (Penſionis) in Subſidio, & Excuſato ſolùm durat pro illo quinquennio; nam in* 17 *ſequenti ſolet derogari hujuſmodi exemptionibus, & clauſulis in concordia, quæ ſumitur inter Regem, & Statum Eccleſiaſticum, & confirmationem illius, ut in una Toletana Penſionis, ſivè Excuſati* 2. *Novembris* 1581. *coram Dom. Cantuccio, quæ eſt* 2. *part. diverſ. deciſ.* 161. *quæ eſt videnda*. Et ſequitur demonſtrare, quod privilegium poſterius Subſidii derogat exemptioni præcedenti Penſionis, & refert Rotæ deciſionem *in Aſculana Penſionis* 17. *Feb.* 1586. *coram Pamphilio*, ſupra per Loterium citatam, ac ejus verba tranſcribit.

Moneta quoque *in tract. de Decimis cap.* 9. *quæſt.* 3 *num.* 89. cum dixiſſet, Penſionem eſſe immunem, & exemptam à ſolutione Decimarum, & Subſidiorum, ex clauſulis exemptionis per Papam in ejus reſervatio- 18 ne inſertis, ſubdit *num.* 90. *Hoc reſtringitur, niſi eidem exemptioni per Pontificem poſteà in Litteris impoſitionis Decimarum, quod ſemper fit, aut aliàs derogetur cum clauſula* Quorum tenores &c. *ut in ſpecie probat* Rota *deciſ.* 161. *num.* 3. *& ſeqq. part.* 2. *diverſ.* Et hoc quod teſtatur ipſe Moneta de Decimis Papalibus, idem de Subſidiis affirmat.

Azorius *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 9. *q.* 2. ibi: *Privilegium poſterius Subſidii ita conceſſum, ut con-* 19 *tribuere debeant Penſionarii, etiam habentes Penſionem liberam, & exemptam, derogat exemptioni Penſionis anterioris*.

Tondut pariter *de Penſionib. cap.* 6. etſi à *num.* 16. *& ſeqq.* diſputet de præſenti Diſcordia, & ſatis ſe involvat circa ſpecies reſervationum, ſeu conceſſionum Decimarum, & Subſidiorum, & de eis obſcurè loquatur, nihilominùs *num.* 34. ſe conformat ſupracitatis Auctoribus concedendo, quod *Quando Papa* 20 *voluit Penſionem eſſe liberam, & immunem ab illa impoſitione, quæ vocatur Excuſatum; cum illa impoſitio ſoleat renovari poſt quinquennium, & ſolùm pro uno quinquennio concedi, ſi Penſio cum expreſſa Excuſati immunitate reſervetur; & nova fiat conceſſio ad aliud quinquennium, in qua fiat ſpecifica derogatio hujuſmodi expreſſæ immunitatis ab Excuſato, ceſſabit exemptio, quia in renovatione quinquennii apponuntur clauſulæ adeò prægnantes, ut prima illa immunitas ampliùs ſubſiſtere non poſſit, ut præcisè declarat* Loterius *d. lib.* 1. *q.* 38. *num.* 25. *propter naturam, & vim clauſulæ*, Quorum tenores &c. *quæ apponi ſolet in hac renovatione quinquennii*. Hinc abſque ullo involucro Verborum.

Theodoſius Rubeus *in ſuis Singularib. tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 234. *num.* 13. ita loquitur: *Penſionarius tenetur concurrere ad impræſtita in Dominio Venetorum, ſi* 21 *non ſolent reſtitui, & ad collectas, & alia onera de facto impoſita, licèt Penſio ſit exempta ab oneribus ordinariis*. Mohedan. 234. Auguſtin. 345. Puteus 20. *de Penſion.* Et tandem inter noviſſimos omnibus prædictis ſe conformem præbet.

Ventriglia *tom.* 2. *Annotat.* 11. *num.* 2. ubi cum diſſeruerit de eadem clauſula Penſionis *Liberam, immunem, & exemptam* ſubdit: *limitatur libertas dictæ clauſulæ in oneribus impoſitis poſt reſervationem* 22 *Penſionis per Papam cum decreto, quod Penſionarius teneatur pro rata, & cum derogatione quarumcunque exemptionum, cum clauſula* Quorum tenores &c. *tunc enim Penſionarius omninò tenetur ad onera; & ita latiùs concluditur Deciſ.* 161. *n.* 3. *& ſeqq. p.* 2. *diverſ.*

Igitur

Digitized by Google

Igitur ex auctoritate horum omnium Doctorum ,
& præcipuè ipſius Rotæ *part. 2. diverſ. deciſ.* 161.
quæ pleniſſimè examinat , & diſcutit hanc Diſcor-
23 diam , dixi DD. Prælatos Penſionarios, qui exige-
bant Penſiones ab Eminentiſſimo , ac Reverendiſſimo
Domino meo Cardinali Barbadico ſuper fructibus ejus
Menſæ Epiſcopalis Patavinæ , eſſe de Jure obligatos
ratam Decimarum , ac Subſidiorum Papalium ſolve-
re Sereniſſimo Principi Venetiarum , juxtà portionem
ijſdem contingentem prodictis Penſionibus ; ea ratio-
ne quia tùm Decimæ , tùm Subſidia , de quibus age-
batur , erant renovata , & de novo conceſſa à Summis
Pontificibus Alex. VII. Anno 1666 Clemente IX.
Anno 1669. & Clemente X. Anno 1675. poſt reſer-
vationem ſuarum Penſionum ; & per conſequens non
24 ampliùs vigebat illarum exemptio ab ipſis Decimis ,
& Subſidiis , quia erat revocata , derogata , & extin-
cta per clauſulas derogationis prægnantiſſimas , inſer-
tas in Brevibus Pontificiis conceſſionis , ac renovatio-
nis antedictarum Decimarum , & Subſidiorum ; in
quibus Pontifices voluerunt , & decreverunt etiam
omnes Penſionarios ſolvere debere contingentem ſibi
ratam , quacunque exemptione non obſtante , ut in
verbis , & clauſulis ſuprà relatis *num.* 11. *&* 12.

Altera quoque ratio adducta per DD. Penſionarios ,
eis non ſuffragabatur , quod ſcilicèt omnes fructus
Epiſcopatus Patavini eſſent exempti à ſolutione Deci-
marum , vitâ Cardinalis Epiſcopi durante . Sed eo-
rum Penſiones erant pars ipſorum fructuum ; ſicque
& illæ exemptæ eſſe debebant à dicta ſolutione , cum
validum ſit argumentum de toto ad Partem . Nam in
hac ratione erat æquivocum , & ea non applicabatur
præſenti Diſcordiæ , ſiquidem cum duplex ſit exem-
25 ptio Perſonalis , & Realis . *cap. Per exemptionem.
De Privileg. in* 6. Loterius *lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 11.
& ſeqq. & Chokier *de Juriſdict. in exempt. part.* 1.
q. 2. quæ Realis eſt , extenditur ad omnes , qui de
eadem re participant ; ſed quæ eſt Perſonalis , non ex-
tenditur ad alias perſonas , & reſtricta premanet in
Perſona , cui ipſa exemptio eſt conceſſa , ut docent
citati DD. Modò exemptio à ſolutione Decimarum ,
quas Papa ad favorem Sereniſſimæ Reipublicæ Ve-
netæ imponit , per eum conceditur Cardinalibus poſ-
ſidentibus beneficia in Dominio Veneto , non autem
ijſdem beneficijs ; ſic enim loquitur in Breve conceſ-
ſionis prædictarum Decimarum : *Exceptis dumtaxat*
26 *Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus
&c.* Igitur talis exemptio eſt Perſonalis , nec poteſt
extendi de Perſona Cardinalis Epiſcopi ad perſonas
DD. Penſionariorum . *cap. Sanè . cap. Cum Capella .
De Privileg. d. cap. Per exemptionem . eod. tit. in* 6.
Gloſſa *in Clem.* 1. *Verb. Excolendas . De Decimis* ;
ubi in conſimili caſu diſtinguit , & ait , exemptionem
à Decimis conceſſam Dominis terrarum nón eximere
27 colonos laborantes eaſdem terras ; quia exemptio eſt
perſonalis , non realis ; & quamvis Domini terrarum
ſint exempti à Decimarum ſolutione , non ſunt exem-
pti fructus , qui ex ipſis terris colliguntur , nec coloni
pro portione fructuum ad ſe ſpectantium . Sic in præ-
ſenti Diſcordia exemptio à Decimis Papalibus non eſt
conceſſa fructibus Epiſcopatus Paduæ , ſed Cardinali
Epiſcopo Paduæ ; ideò non eſt exemptio realis ,
quæ juvare poſſit DD. Penſionarios , ſed cenſetur
exemptio perſonalis , quæ non extenditur de perſona
ad perſonam . Rota coram Card. Seraphino *deciſ.*
1058. *num.* 8. & *part.* 11. *recent. deciſ.* 304. *num.* 5. &
ſic non prodeſt Penſionariis . Aliter eſſet dicendum , ſi
Papa in conceſſione Decimarum exemiſſet beneficia ,
prout loquitur in eodem Brevi eximendo Inquiſitores à
28 ſolutione earundem Decimarum , ubi ita dicit : *Et
inſuper exceptis beneficijs Eccleſiaſticis Officio Sanctæ
Inquiſitionis hæreticæ pravitatis in dicto Dominio Vene-
torum inſtituto unitis &c.* Idcircò ſi quis exigeret Pen-
ſionem ſibi reſervatam ſuper talibus beneficijs , eſſet
exemptus à ſolutione Decimarum , quia exemptio be-
neficiorum eſt realis ; & per conſequens facit immunes
à Decimis non ſolùm Inquiſitores illa poſſidentes ; ſed
etiam Penſionarios de fructibus eorundem beneficio-
rum participantes .

His ſtantibus Eminentiſſimus Cardinalis Epiſcopus
Patavinus depoſitum fieri juſſit in Capſa Publica Sere-
niſſimi Dominii ratam Penſionum contingentium pro
29 Decimis Papalibus ijſdem ſuis Penſionariis juxtà in-
ſtantiam Subcollectoris Veneti , quæ in Publicum æra-
rium transferunt .

Ad Deciſiones verò Rotæ coram Durano , Seraphi-
no , & aliis reſpondebam , eas procedere in Penſioni-
bus reſervatis cauſa reſignationis beneficiorum ob pa-
ctum expreſſum , & inviolabile initum inter reſignan-
30 tes , & reſignatarios approbatum à Papa , ut in *Diſ-
cordia VI. ſequenti* ; ſecùs autem in Penſionibus mo-
tu proprio , & ex mera gratia ab eodem Papa reſer-
vatis , ut in præſenti Diſcordia : in hoc enim caſu ſi-
cuti exemptio proceſſit à mera voluntate Papæ , ſic ab
ejus arbitrio poteſt fieri derogatio ejuſdem exemptionis .
Similiter Doctores citati *num.* 8. ſunt intelligendi vel
31 de oneribus impoſitis ab alio , quàm à Papa ; vel in
Penſionibus impoſitis ſuper beneficijs vacantibus ex
reſignatione ; vel ubi non fuerit derogatum exemptio-
nibus præcedentibus per poſteriores conceſſiones Deci-
marum . Tandem non valere argumentum de toto ad
partem , ideſt de exemptione fructuum Epiſcopatus
ratione Dignitatis Cardinalitiæ in Epiſcopo , ad exem-
ptionem Penſionum aliarum perſonarum , quæ conſi-
32 mili Dignitate non præfulgent ; quia ubi militat di-
verſa ratio , non valet tale argumentum . Cephal. *conſ.*
601. *num.* 40. *vol.* 4. Barboſa *in locis commun. loc.* 114.
num. 3. ubi alios citat .

DISCORDIA VI.

ARGUMENTUM.

Penſiones ex cauſa reſignationis beneficiorum reſervatæ , cum pacto inter Partes inito , & per Papam approbato , ut ſemper integræ à Reſignatario ſolvantur , non ſunt obnoxiæ Decimis , & Subſidiis Papalibus , quamvis poſterioribus , & conceſſis poſt eaſdem Penſiones reſervatas , cum ampliſſimis derogationibus quarumcunque exemptionum , etiam Penſionariorum ; quia illæ reſpiciunt faciliorem exactionem Decimarum , vel Subſidiorum , non autem favorem Titularium ſolventium eaſdem Penſiones.

SUMMARIUM.

1 *Adriæ Urbis ad ora maris Adriatici deſcriptio .*
2 *Rhodigii Oppidum Sedes Epiſcopi Adrienſis .*
3 *Turcarum irruptio in Viennam Anno* 1683.
4 *Subſidium ab Innoc. XI. Anno* 1684. *Reipublicæ Venetæ conceſſum .*
5 *Subſidia per Papam conceſſa poſt reſervatas Penſiones derogant exemptioni earum .*
6 *Quod quiſque Juris in alium ſtatuerit , ipſe eodem jure uti debet .*
7 *Nemini licet contra proprium factum venire .*
8 *Alteri oportet facere , quod nobis fieri volumus .*
9 *Cardinales S. R. E. tenentur ſolvere Subſidia Papalia .*
10 *Reſignatarius ſolvit Penſionem abſque bonificatione pro Decimis , vel Subſidiis .*
11 *Derogationes exemptionum in Decimis , ac Subſidiis cujus favore ponantur ?*
12 *Papa non derogat pactis reſignantium circa eorum Penſiones ,* & num. 14.
13 *Rotæ Deciſio coram Durano ad favorem Penſionario-*

Digitized by Google

rum ex reſignatione, quod hi non teneantur ad Decimas, & Subſidia.

15 *Emphyteutæ pactum factum cum directario de non ſolvendis tributis, an valeat?*

16 *Rotæ coram Seraphino Deciſio, quod Penſionarii ex reſignatione non tenentur ad Decimas.*

17 *Loterii doctrina de eadem exemptione Penſionariorum ex reſignatione.*

18 *Pacta in Penſionibus reſervandis ſuper beneficio vacante per obitum, non permittuntur. Secùs ſi per reſignationem ad favorem.*

19 *Reſignans beneficium cum pacto exigendi ſemper Penſionem integram, non tenetur deſalcare aliquid pro Decimis, vel Subſidiis.*

20 *Congruam ut habeat Parochus, Penſio etſi exempta diminuitur.*

21 *Penſio ex reſignatione non diminuitur, etſi non remaneat congrua pro Parocho.*

22 *Tonduti doctrina, quod Penſio ex reſignatione non eſt obnoxia Decimis, aut Subſidiis.*

23 *Penſio obtenta per obitum ſolvit Decimas, & Subſidia poſtea impoſita. Secùs ſi ex reſignatione.*

24 *Derogatio eſt ſtricti Juris.*

25 *Rotæ deciſ. 161. part. 2. diverſ. cur Penſionarium ex Reſignatione obligatum dicat ad Decimas?*

26 *Exemptionis clauſulæ circa Penſionem ex reſignatione.*

27 Quodcunque onus *eſt dictio omne onus includens.*

28 Nec aliter, nec alio modo. *Eſt clauſula faciens actum conditionalem.*

29 *Penſio impoſita ſuper beneficio vacante per obitum eſt obnoxia Subſidio Papali.*

30 *Diverſorum diverſum eſt judicium.*

31 *Cardinalis Othoboni, priùs Auditoris Rotæ ſcientia, & juſtitia.*

32 *Ipſe electus Papa Anno 1689. die 6. Octobris.*

ADria eſt Urbs ad ora maris Adriatici poſita, à Ve-
netiis 50. millib. paſſis circiter diſtans, aquis penès
abſorpta ob nimiam fluctuum concitationem, ex qua
1 locus factus eſt adagio *Adriâ iracundior* ad denotan-
dum aliquem iracundi animi; ut innuit Ovidius *lib. 3.*
Ode 9. ſcribens:

Et improbo iracundior Adria.

Hæc Urbs eſt Epiſcopalis ſubjacens Archiepiſcopo
Ravennæ; ſed Epiſcopus reſidet in Oppido Rhodigii,
2 (ubi ortus eſt doctiſſimus Vir Cœlius Rhodiginus) di-
ſtante à Ferraria 25. milliaribus, & totidem ab hac
Civitate Paduæ, ab Adria verò 20. intra cujus Diæ-
ceſis limites ipſum Oppidum jacet. Ad hanc Sedem
Epiſcopalem Adrienſem translatus fuit ex Corcyren.
Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Carolus Archie-
piſcopus Labia Anno 1678. attentâ reſignatione hujus
Adrienſis Epiſcopatus ad ejus favorem factâ, in mani-
bus Summi Pontificis Innocentii XI. per Illuſtriſſi-
mum, ac Reverendiſſimum Thomam Rhetanum
cum Penſione Scutorum 800. annuatim ei ſolvenda,
libera exempta, & immuni à quocunque onere Deci-
marum, ac Subſidiorum; quas, & quæ hucuſque
fuerant conceſſa per Apoſtolicam Sedem Sereniſſimæ
Reipublicæ Venetæ; & quas, & quæ in poſterùm ex
quacunque cauſa concedi contigerit, quam Penſionem
cum dicta exemptione prædictus Summus Pontifex
admiſit, & reſervavit cum ampliſſimis clauſulis, prout
in Litteris ejuſdem reſignationis, ac reſpectivè reſer-
vationis legitur, & continetur. Exegit Epiſcopus
Rhetanus reſignans ab eodem Archiepiſcopo Labia
reſignatario ipſam ſuam Penſionem ſingulis annis in-
3 tegram, & abſque ulla diminutione: ſed Anno 1684.
occaſione irruptionis Turcarum in Viennam, inito
bello contra illos per Sereniſſimam Venetam Rempu-
blicam, eidem conceſſum fuit ab Innocentio XI.
unum Subſidium centum millium Scutorum Auri de
Camera ſuper omnibus, & ſingulis fructibus omnium
Eccleſiarum, Beneficiorum, ac Monaſteriorum in toto
Dominio Veneto exiſtentium, ab univerſo Clero Sæcu-
lari, & Regulari ſolvendum pro rata valoris eorundem
fructuum in d. Anno 1684 *tùm à non exemptis, quàm ab*
4 *exemptis; & in ſpecie ab obtinentibus Penſiones an-*
nuas ſuper iiſdem Eccleſiis, ac Beneficijs quantumcun-
que exemptas, & ſub quibusvis obligationibus, etiam
in forma Cameræ Apoſtolicæ, & juramento, etiam
cum ſuſceptione cenſurarum, & de non contraveniendo,
ac etiam fortaſsè de non impetrando gratias con-
tra eos, & conceſſis non utendo vallatis, & forſan
aliis etiam efficacioribus cautelis, & decretis, ac clau-
ſulis ſuper iiſdem Penſionibus habentibus &c. cujuſ-
cunque gradus, ordinis, conditionis &c. Exiſtant;
quibus ulla Privilegia, exemptiones, aut Indulta &c.
quoad hoc voluit, nullatenùs ſuffragari. Non obſtan-
tibus quibusvis Conſtitutionibus &c. Privilegiis &
Exemptionibus &c. Quibus omnibus, & ſingulis etiam-
ſi de eorum totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſ-
ſa, & individua, ac de verbo ad verbum &c. men-
tio eſſet habenda &c. ſpecialiter, & expreſsè deroga-
vit; quæ ſunt verba Brevis Pontificii conceſſionis
prædicti Subſidii. Quapropter factâ hujus Subſidii
indictione, ac publicatione, Archiepiſcopus Labia
reſignatarius voluit diminuere Penſionem debitam
Epiſcopo Rhetano reſignanti, & ex ea detrahere ra-
tam contingentem eidem Penſioni pro ſolutione Subſi-
dii, nempè Scuta centum, & octo ad rationem trede-
cim Scutorum cum dimidio pro ſingulo centenario,
juxtà communem compartitionem firmatam pro Pen-
ſionariis idem Subſidium ſulventibus; ſed reclamante
eodem Epiſcopo Rhetano, & dicente Penſionem
ſuam eſſe exemptam, ac immunem tùm à Decimis,
tùm à Subſidiis Papalibus, ipſumque Archiepiſcopum
Labia obligatum eſſe illam integram ſolvere ſemper,
& in omni tempore, orta eſt Diſcordia inter ipſos, &
ab utroque requiſita fuit opinio Jurisprudentum; ut
ſcirent, an de Jure dicta Penſionis diminutio eſſet ad-
mittenda?

Et prima facie videbatur dicendum, eſſe deroga-
tum exemptioni prædictæ Penſionis Illuſtriſſimi Epiſ-
copi Rhetani per Breve Pontificium conceſſionis Sub-
ſidii de Anno 1684. ea præcipua ratione, de qua in
præcedenti *Diſcord. V. num.* 14. quod ſcilicèt Subſi-
5 dium erat poſteriùs conceſſum; & ideò cum in eo Papa
decernat, etiam Penſionarios eſſe obligatos illud ſol-
vere ad ratam ſuarum Penſionum, quacunque exem-
ptione non obſtante; exemptio Penſionis ceſſabat ex
Doctoribus ibidem allegatis *à num. 15. uſque ad num.*
22. nec non ex Magiſtrali Rotæ *deciſ.* 161. *part.* 2. *di-*
verſ. de qua *in d. Diſcord. V. num.* 23. Tantò magis
quia in Litteris Apoſtolicis reſervationis Penſionis
ipſiuſmet Epiſcopi Rhetani Penſionarii, non legitur
conceſſa exemptio ejus Penſionis à Subſidiis; ſed tan-
tùm à Decimis Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ ſol-
vendis; ac ulteriùs quia ipſe Illuſtriſſimus Epiſcopus
tempore, quo præfuit Eccleſiæ Adrien. ſuper qua im-
poſita erat alia Penſio ad favorem Emin. Cardinalis
Othoboni, in ſolutione ejus retinebat ſibi ratam con-
tingentem, ac tangentem eandem Penſionem pro Sub-
ſidiis conceſſis ab Apoſtolica Sede Sereniſſimo Vene-
tiarum Dominio, occaſione belli pro Regno Cretæ
contra Turcas; affirmans per ſubſequentem conceſ-
ſionem Subſidii eſſe derogatum ampliſſimæ exemptio-
ni Penſionis Eminentiæ ſuæ; ex quo ſequebatur, quod
ſicut ipſe Epiſcopus Rhetanus obligabat ſuum Penſio-
narium ad contribuendum in ſolutione Subſidii; ita &
ipſe nunc factus Penſionarius debebat contribuere Ar-
chiepiſcopo Labiæ Titulari in ejuſdem Subſidij ſolu-
tione, juxtà Regulam docentem, quod quiſque juris
6 in alium ſtatuerit, ipſe eodem jure utatur. *l. 1. & toto*
tit. ff. Quod quiſque Jur. & in cap. Cum omnes. De
Conſtitut. & eſt Lex naturæ, à quo nemo cenſetur
ſolutus, ut *in cap. Humanum genus. 1. diſt.* ac etiam
quia nemini licet contra proprium factum venire, ut
7 notat Gloſſa *in l. Poſt mortem. ff. de Adopt. & in l.*
Cum

Digitized by Google

Cum profitearis. *C. de Revocan. donat.* nulluſque debet eligere viam ad impugnanda ſua judicia. *l. 3. ff. De Milit. Teſtam.* Marc. Mantua *tom. 1. conſ.* 219. *num.* 30. Cumque prædictus Epiſcopus Rhetanus tunc judicaverit exemptionem Penſionis non ſuffragari Penſionario, quin deberet concurrere pro ejus rata ad ſolvendum Subſidium; nunc quoque debet hoc ipſum ſentire de ſua Penſione, nec licitum ei eſſe poterit recuſare ſuo Titulari id, quod ſibi fieri inſtabat,
8 quando eundem Titulum poſſidebat; oportet enim alteri facere quidquid nobis volumus fieri. Menoch. *conſ.* 107. *num.* 73. ubi allegat verba Evangeliſtarum *Matth.* 7. 2. & *Luc.* 6. 38. ſcilicèt *Eadem menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis*. Et equidem non eſt dubitandum, quod Penſio Emin. Card. Othoboni fuerit prægnantiſſimis clauſulis exempta tempore ejus reſervationis ſuper fructibus Epiſcopatus Adrienſis; ſed quia in conceſſione Subſidiorum deindè facta Sereniſſimo Dominio Venetiarum per alias prægnantiſſimas clauſulas derogabatur exemptionibus quarumcunque Penſionum; acquieſcebat Emin. Card. Othobonus compenſationi, pro iiſdem Subſidiis prætenſæ ab ipſo Epiſcopo Rhetano Titulari; cum talis ſit volun-
9 tas Papæ, obligandi ſcilicèt ad ſolutionem Subſidiorum etiam S. R. E. Cardinales Penſionarios; ut in prælleg. Rotæ *deciſ.* 161. *à num.* 4. & *ſeqq. part.* 2. *diverſ.* undè multò magis aſſerendum videbatur, quod ad eandem bonificationem, & ſolutionem Subſidii eſſet obligatus ipſe Illuſtriſſimus Rhetanus factus Penſionarius antedictæ Adrienſis Eccleſiæ, adeòut de Jure poſſet Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Labia Titularis defalcare ratam pro ſubſidio in ſolutione illius Penſionis.

His tamen minimè obſtantibus, cenſui in puncto Juris, & in ſenſu veritatis, quod Archiepiſcopus Labia reſignatarius Adrienſis eſſet obligatus ſolvere integram Penſionem ipſi Epiſcopo Rhetano Reſignanti; nec ex eadem Penſione foret aliquid defalcandum; vel retinendum titulo compenſationis, vel bonificationis Decimarum, vel Subſidiorum poſteriùs conceſſarum, vel conceſſorum ab Apoſtolica Sede Sereniſſimo Venetorum Dominio, eâ unicâ, & fortiſſimâ ratione;
10 quod ipſe Reſignatarius ſe obligaverat per pactum expreſſum, approbatum à Papa in reſignatione Epiſcopatus Adrienſis, ſolvere ſemper, & in omni tempore Penſionem prædictam Scutorum 800. eidem Epiſcopo Rhetano reſignanti, integram, exemptam, & immunem à quocunque onere, & abſque ulla diminutione, non obſtante quavis futura derogatione exemptionis; & promiſerat etiam de ſuo proprio, & titulo irrevocabilis donationis eam ſic integram perſolvere; cujus pacti, conventionis, & promiſſionis vi, ac vigore Rota pluries judicavit contra Titulares reſignatarios, & ad favorem Penſionariorum reſignantium, ut magiſtraliter coram Durano *Deciſ.* 48. in Una *Bergomen. Penſionis de Treſcurio die* 13. *Novembris* 1626. quæ habetur impreſſa etiam poſt Poſtium *tom.* 2. *de Manutent. Deciſ.* 212. in qua duo ſunt fundamenta, ſuper quibus firmatur juſtitia Deciſionis ad favorem Penſionarii reſignantis, & contra Titularem reſignatarium. *Unum* eſt, quod clauſulæ derogantes exem-
11 ptioni Penſionum inſertæ in Brevibus Pontificiis Decimarum, & Subſidiorum reſpiciunt favorem Reipublicæ, cui eſt facta conceſſio, ut faciliùs poſſit exigere eaſdem Decimas, ac Subſidia non ſolùm à Titularibus, ſed etiam à Penſionariis; ſed non concernunt intereſſe, nec levamen eorundem Titularium reſignatariorum circa diminutionem Penſionis. *Alterum* eſt,
12 quod mens, & voluntas Summi Pontificis non eſt deſtruendi pacta, & conventiones initas, firmatas, ac approbatas inter eoſdem Reſignantem, & Reſignatarium circa integram ſolutionem Penſionis; ſed intendit, quod promiſſa inter eos ſerventur, & nihil in ſolutione Penſionis ei detrahatur reſpectu dictarum Decimarum, aut Subſidiorum. Idcircò ipſa Rota coram Durano *d. deciſ.* 48. *num.* 7. ſic loquitur:

Cæterùm re maturè diſcuſſa, Domini contrarium reſolverunt, videlicèt Titularem teneri juxtâ reſervationem relevare Penſionarios ab omni, & quacunque
13 *Decima; habent enim Penſionarii intentionem fundatam in Litteris reſervationis, cujus verba ſunt clara, ut ſupra in facto, & in pluribus Deciſionibus Rotæ in ſimilibus terminis loquentibus*, ut apud Seraphinum *deciſ.* 1348. *à num.* 2. *deciſ.* 702. *num.* 5. & 6. *part.* 2. *recent.* coram Penia *in Valentina Subſidii* 4 *Maii*, & 26. *Novembris* 1611. & coram Card. Sacrato *in Peruſina Penſionis* 13. *Januarii* 1614. & coram Remboldo *in Ceneten. Penſionis* 7. *Junii* 1621. & *in aliis adductis* per Gratian. *Diſcept. forenſ. cap.* 548. *num.* 26. *cum ſeqq. Ex quibus Deciſionibus juxtà mentem Rotæ declaratur Breve Gregor. XV.* (conceſſionis Decimarum) *quo etiam Penſionarii gravantur, ut ſit verum ad favorem Reipublicæ, cui Penſionarii tenentur pro ſua rata, non minùs quàm Titulares; itaut prætextu quarumvis exemptionum, aut conventionum cum Titularibus initarum non poſſint eximi à contributione Decimarum; quia illis omnibus quoad Rempublicam fuit in dicto Brevi expreſsè derogatum, ut ſic conceſſio Decimarum, ut inferiùs dicetur, habeat faciliorem exitum, & effectum. Sed propterea*
14 (notetur) *non fuit de mente Papæ velle præjudicare Penſionariis quoad Titulares, ad quorum favorem non reſpexit, nec illis in dicto Brevi quidquam conceſſit, ſed potiùs fuit ejus voluntas, ut quoad illos pacta, & conventiones, & clauſulæ omnes in reſervatione adſcriptæ remaneant in ſuo robore, & firmitate*. Rota coram Seraphino *in d. deciſ.* 1348. & *in d. Valentina Subſidii, & aliis ſupra allegatis. Et hoc ipſum benè denotant verba Indulti, ibi:* Quoad hoc nullatenùs ſuffragari, *ideſt reſpectu Reipublicæ, cui ſolùm Indultum fuit conceſſum, & non Titularibus; itaut Reipublicæ incluſio ſit Titularium excluſio ad l. Cum Prætor. ff. de Judic. & in puncto dicta verba ad hoc expendit Rota in d. Deciſ. Ceneten. coram b. m.* Remboldo.

Qui intellectus ad d. Breve tantò magis congruit, & recipi debet, quantò eſt juri communi conformis; eo enim attento, ſi Emphyteuta pactum inierit cum Domino directo, ut non ipſe, ſed Dominus directus tributa, ac cenſum Principi ſolvat, nihilominùs Emphyteuta te-
15 *netur perindè, ac ſi nulla præceſſerit conventio. l. Jus Emphyteutici prædii. Et ibi* Rebuffus, *C. De Fund. Patrim. lib.* 11. *ubi talis conventio non confirmata à Principe dicitur nulla, & improbata; & facit text. in l. fin. C. Sine cenſu, & reliq. Quod tamen conventio ſit nulla, intelligi debet quoad præjudicium Fiſci duntaxat. l. Inter debitorem. ff. de Pactis. ibi: Inter debitorem, & creditorem, &c. cæterum quoad ipſos contrahentes conventio eſt valida, & ſervanda, ut probat expreſſus text. in l. Epiſtola. §. Pactum. ff. de Pactis: ibi Pactum, ut ſi quas ſummas, &c. Ergò derogationes pactorum, & conventionum contentæ in Brevi debent intelligi ex mente Papæ ad favorem Reipublicæ tantùm, non autem Titularis*. Hucuſque Rota coram Durano, quæ proſequitur per alia argumenta, & rationes, demonſtrando, Summos Pontifices per derogationes inſertas in Brevibus Decimarum, ac Subſidiorum, tantummodò velle reddere faciliorem exactionem ad favorem Reipublicæ; non autem eorum intentionem eſſe, ut frangantur pacta, & conventiones in reſervatione Penſionum inter reſignantes, & reſignatarios beneficiorum initæ, ac firmatæ; & propterea ob vim, & vigorem eorundem pactorum, & conventionum Penſionarii ex reſignatione non tenentur aliquid relaxare Titulari in ſolutione Penſionum reſpectu Decimarum, ac Subſidiorum, etiam poſt reſervatas Penſiones conceſſorum; quia ſemper Titulares obligati ſunt prædicta pacta, & conventiones ſervare, penſioneſque promiſſas integras ſemper perſolvere.

Idipſum

Digitized by Google

Idipſum comprobat *Deciſio* 1348. coram Cardin. Seraphino; in qua pariter firmatum fuit, Indultum Subſidii conceſſi Sereniſſimo Duci Sabaudiæ per
16 clauſulas derogativas exemptionis Penſionum eſſe proſpectum favori Ducis, ut faciliùs poſſet Subſidium conceſſum exigere; non autem Titularium, qui promiſerunt Penſiones ſemper integras perſolvere; hi etenim non ſolùm in Decimis, ac Subſidiis extantibus tempore reſervationis Penſionum; ſed etiam in aliis poſteà conceſſis tenentur pacta ſervare, & Penſiones integras ſolvere, undè ita ibi Rota concludit: *Non obſtat, quod deducitur, ſuperveniſſe aliam prorogationem Indulti* (ſcilicèt novæ conceſſionis Subſidii) *quia dato hoc verum eſſe; non tamen tollit particularem obligationem, maximè cum clauſulæ recipiant tantùm validitatem Indulti ad favorem Ducis. Quare cum volenti non fiat injuria, imputet ſibi Archidiaconus Titularis, qui cum hac obligatione reſervationi præfatæ conſenſit.*

Hinc Loterius *de Re benefic. d. lib.* 1. *quæſtion.* 45. *à num.* 20. *& ſeqq.* agnovit hanc differentiam inter Penſionem impoſitam à Papa motu proprio, dum vacat beneficium per obitum, & Penſionem reſervatam ex conventione
17 inita inter Reſignantem, & Reſignatarium in vacatione beneficii per reſignationem in favorem; quod ſcilicèt in Penſione motu proprio Papæ reſervata, etſi cum ampliſſima exemptione ab omni onere, ſi contingat, Papam ex poſt indicere ſolutionem Decimarum, ſeu Subſidii ad favorem Regis, vel Reipublicæ, Penſionarius teneatur contribuere in tali Decima, vel Subſidio, ut latè probavit *d. lib.* 1. *q.* 38. *à num.* 23. *& ſeqq.* cujus Verba tranſcripſi ſupra *Diſcord. V. num.* 16. nulla data ei actione contra Titularem pro integritate Penſionis, ſtante derogatione in Indulto Decimarum, vel Subſidii poſteriori per Papam de exemptione Penſionis facta. Verùm in Penſione reſervata ex pacto, & conventione partium in reſignatione ad favorem; etſi Reſignans teneatur pro rata ſuæ Penſionis contribuere Regi, vel Reipublicæ exigenti ſolutionem Decimæ, vel Subſidii poſterioris, nihilominùs habet actionem adversùs Titularem Reſignatarium pro integra ſolutione ſuæ Penſionis juxtà præcedens pactum, & conventionem, cui Papa minimè derogavit; eſſet enim injurioſum, & injuſtum frangere pacta inter ipſas partes jam inita, & per Summum Pontificem in admittenda reſignatione approbata; ut idem Loterius *d. q.* 45. *num.* 21. *& ſeqq.* diſſerit his verbis: *At ſi quæratur, an eò etiam ſe extendat iſta derogatio, ut remaneat ipſi Penſionario eliſa actio contra Titularem pro reintegratione ſolutionis factæ, ſeu deductionis ceſſæ in rata ſua; itaut in vim pacti ſuper donatione ejuſdem ratæ, nequeat tantundem conſequi ab ipſo Titulari, proculdubio eſt negandum, ea evidenti ratione, quia utcunque materia ſit ſpiritualis, vel ad ſpiritualia ordinata, utque ita ſub libera diſpoſitione Papæ; tamen ſi incidat circa illam in caſu permiſſo aliqua pactio, vel conventio canonica, nuſquam cenſetur illud derogatum per quamvis generalem diſpoſitionem ipſius Papæ, ut eſt caſus* in cap. 3. §. Undè quia. Extr. de Decimis, *ubi* Ancharan. ſub num. 4. Verſ. Sed dic. *rationem hanc infert, quia nequeat alicui auferri, quod ex propria proviſione ſibi comparavit, quin ei fiat injuria: proindeque, ut dicit* textus in d. §. Undè. *deficit in hoc Papæ intentio; atque ita in puncto reſolvit Rota in una Bergomen. Penſionis de Treſcurio* 13. *Novembris* 1626. *coram* R.P.D. Durano.

Nec inficiari poſſumus, Loterium hìc loqui de Penſione reſervata per Papam cauſa reſignationis beneficii in favorem; non autem de Penſione impoſita motu proprio in vacatione per obitum; quia cuicunque etſi mediocriter intelligenti materiam beneficialem notum eſt, quod pro obtinendis Penſionibus, iiſvè impetrandis ſuper beneficiis vacantibus per obitum
18 omnis pactio, ſeu conventio privatorum omninò abeſſe debet, ut demonſtratum eſt ſupra *Diſcord. I. num.* 32. aliàs vitium Simoniæ incurrerent: at in Penſionibus obtinendis ex cauſa reſignationis beneficii faciendæ in favorem certæ perſonæ in manibus Papæ; vel etiam permutationis beneficiorum coram Epiſcopo, non eſt prohibitum Partibus tractare de Penſione reſervanda, & circa ejus quantitatem, modum, ac formam ſolutionis ejus, cum exemptione ab omni onere convenire, & paciſci, ſemper tamen cum conditione, & proteſtatione, ſi, & quatenùs Superior voluerit, & dignabitur eadem pacta, & conventiones admittere, ac approbare, ut ex Pariſio *de Reſignat. lib.* 6. *q.* 2. *num.* 70. nec non *de Confident. q.* 37. *num.* 164. ex Ridolphin. *in Praxi judic. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 50. & præter alios ex Giballin. *de Simonia quæſt.* 20. *conſectar.* 15. *num.* 7. oſtendimus *d. Diſcord. I. num.* 33. Hinc ipſemet Loterius suprarelata verba, & doctrinam de obligatione Titularis reintegrandi ratam Penſionis pro ſumma ſoluta Decimarum, vel Subſidiorum comprobat per Rotam *in d. Bergomen. Penſionis* coram Durano; quæ Deciſio fuit in caſu reſervatæ Penſionis ex cauſa reſignati beneficii in favorem; ut patet ex initio ejuſdem Deciſionis his verbis concepto: *Paulus Papa V. in reſignatione, quam Joannes Paulus Garlinus fecit Eccleſiæ de Treſcurio reſervavit ei ſuper fructibus ejuſdem Eccleſiæ annuam Penſionem Scutorum* 200. *&c.* & quia
19 reſignans, ac reſignatarius firmaverant inter ſe pactum, ac conventionem, ut ipſa Penſio eſſet exempta ab omni onere, & ſemper integra à Titulari ſolveretur; & tale pactum, ac conventio fuerat per Papam approbata, deciſum fuit ibi à Rota, Penſionarium non eſſe obligatum defalcare aliquid ex Penſione, vel contribuere pro Decimis, aut Subſidiis juxtà antedictam conventionem; quia ut ſubdit Loterius *d. lib.* 1. *q.* 45. *num.* 26. *&* 27. non eſt credendum eſſe de mente Pontificis, ut in conceſſione Decimarum, ac Subſidiorum, circa ſolutionem, pacta inita inter reſignantem, & reſignatarium non ſerventur; fundantur enim in Jure gentium, & in æquitate, cui Princeps nunquam præſumitur derogare. *l.* 1. *in princ. ff. de Pactis. l.* 2. *§. Si quis à Principe. ff. Ne quid in loco publ.* Abb. *in cap. Quæ in Eccleſiarum. num.* 11. *de Conſtitut.* & Menoch. *conſ.* 20. *num.* 4. cum aliis ibi per Loterium allegatis.

Confirmatur hæc prærogativa Penſionis ex cauſa reſignationis reſervatæ, ut Titularis non poſſit aliquid defalcare ex ea pro ſolutione Decimarum, vel Subſidiorum Papalium, ob pactum, & conventionem initam inter partes de Penſione ſemper integra ſolvenda, ex his, quæ tradit Barboſa infra citandus circa congruam debitam Parocho curam animarum
20 exercenti. Certum eſt enim apud omnes Beneficialiſtas, quod reſervatâ Penſione ſuper fructibus Eccleſiæ Parochialis cum clauſula *dummodo remaneant centum pro Parocho;* quandocunque reperiantur fructus diminuti, itaut non remaneant Ducati centum pro congrua ſuſtentatione Rectoris, Penſio eſt diminuenda, ut concorditer docent Gigas *de Penſ. quæſt.* 35. *num.* 8. Roman. *conſ.* 369. Loterius *lib.* 1. *quæſt.* 43. *num.* 60. Tondut. *de Penſionib. cap.* 58. *num.* 17. Emin. Cardin. de Luca *eod. tractatu diſc.* 8. *num.* 6. *diſc.* 14. *num.* 15. *diſc.* 16. *num.* 2. *&* 7. *& diſc.* 17. *num.* 4. & pluries apud Rotam præcipuè coram Card. Seraphino *deciſ.* 951. nec non *part.* 3. *recent. deciſ.* 640. *part.* 10. *deciſ.* 306. atque *part.* 18. *deciſ.* 23. *num.* 2. Et nihilominùs quando agitur de Penſione reſervata ex cauſa reſignationis, in certa ſumma inter partes ex pacto conventa, ſi non remaneant centum
21 pro Rectore, iſte non poteſt diminuere Penſionem; quia ut ſcribit Barboſa *in Praxi exig. Penſ. part.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 10. Parochus conſentiens impoſitioni Penſionis exceſſivæ, videtur ſaltem in vim pacti ſibi præjudicare *l.* 1. *§. uſque adeò. ff. De Injur.* cum aliis

Digitized by Google

aliis citatis per Mandoſ. *de Signatur. Grat. tit. de Pen-*
ſionib. Verſ. Advertendum etiam eſt. Et cenſetur qua-
ſi contraxiſſe cum Penſionario, ſeque obligaſſe ad
dictæ Penſionis ſolutionem. Guid. Pap. *Quæſt.* 576.
Gigas *de Penſion. q.* 50. Caputaquen. *deciſ.* 15. *part.* 1.
& deciſ. 302. *part.* 2. adeòut non detur defalcatio,
ſeu diminutio Penſionis; ſed recuſante Titulari reſi-
gnatario eam integram ſolvere, poteſt Penſionarius
reſignans regredi ad beneficium reſignatum, ut in
puncto Rota *part.* 2. *recent. deciſ.* 286. ubi alias De-
ciſiones allegat, quibus conſentit etiam Emin. Card.
de Luca *de Penſionib. diſc.* 14. *num.* 2. *& ſeqq.* ubi al-
legat aliam Rotæ deciſionem coram Card. Othobo-
no *deciſ.* 61. *num.* 6. *&* 7. & coram Cardin. Millin.
deciſ. 246. ubi id eſſe verum dicitur non ſolùm reſpe-
ctu Reſignatarii, ſed etiam ejus Succeſſoris. Igitur
eodem modo dicendum eſt in præſenti Diſcordia,
quod in vim pacti, & conditionis, ſub qua Epiſcopus
Rhetanus reſignavit Epiſcopatum Adrien. Archie-
piſcopo Labiæ; videlicèt ut ſibi ſemper ſolveret in-
tegram Penſionem ab omni onere ordinario, & ex-
traordinario exemptam; *nec aliter*, *nec alio modo*, ni-
hil eſt defalcandum ex ea, occaſione Decimarum,
vel Subſidiorum ab Apoſtolica Sede Sereniſſimo Do-
minio Venetiarum conceſſorum, etſi in conceſſione
dictum ſit, ut etiam Penſionarii ad ſolutionem te-
neantur, quia tale dictum reſpicit favorem Reipu-
blicæ, ut etiam à Penſionariis poſſit Decimas, &
Subſidia exigere ſi velit, non autem favorem Titu-
laris reſignatarii, ut valeat diminuere Penſionem,
quia ex vi pacti, & conventionis initæ cum reſi-
gnante, tenetur ſemper ei ſolvere integram Penſio-
nem.

Tandem hoc ipſum docet Tondut *de Penſion.*
cap. 6. *num.* 38. ubi in puncto de nihilo detrahendo per
Titularem occaſione Decimarum, vel Subſidiorum
Papalium ex Penſione reddit rationem, dicens: *Ra-*
tio eſt, quia cum volenti non fiat injuria, ſibi imputare
22 *debet Titularis, qui Penſioni conſenſit ſub talibus clau-*
ſulis, obligationibus, & juramentis, ut dicitur in d.
deciſ. Seraphini 1348. *num.* 2. *quam in aliis ſimilibus*
caſibus fuiſſe per Rotam approbatam, & confirmatam
teſtatur Theodoſ. Rubeus *in ſuis Singularib. ad d. de-*
ciſ. pag. 120. *ubi allegat deciſ.* 702. *part.* 2. *recent. num.* 6.
ubi dicitur, clauſulas ampliſſimas in Indulto Regi con-
ceſſo contentas, ſolum Regis favorem reſpicere, &
per conſequens non derogare conventionibus, obligatio-
nibus, & reſervationibus inter Partes factis, quoad
ipſarum partium præjudicium. Rota coram Durano
deciſ. 48. *num.* 6.

Nec obſtant objecta ab initio facta. Non primum
ex Auctoritate Barboſæ, Loterii, Garziæ, Mone-
tæ, & aliorum Doctorum, ſuprà in præcedenti *Diſ-*
cord. V. à num. 15. *& ſeqq.* relatorum, docentium, per
poſteriores conceſſiones Decimarum, & Subſidiorum
Papalium verè, ac realiter derogari exemptionibus
Penſionum antea reſervatarum, adeòut ex iiſdem
Penſionibus ſit defalcanda rata, & bonificanda Titu-
lari pro ſolutione Decimarum, ac Subſidiorum. Nam
prædicti Doctores loquuntur de Penſionibus reſerva-
23 tis per Papam motu proprio ſuper beneficiis vacanti-
bus per obitum; non etiam de Penſionibus reſervatis
ex cauſa reſignationis beneficiorum juxtà conventio-
nem initam inter Reſignantem, & Reſignatarium de
ſolvenda ſemper Penſione integra, exempta, ac im-
muni ab onere quocunque, nullo excepto, ut in præ-
ſenti caſu. Ratio diverſitatis eſt, (ut oſtendimus ſu-
pra) quia in Penſionibus impoſitis ſuper beneficiis
vacantibus per obitum, gratia proceſſit ex mera libe-
ralitate ipſius Papæ; cujus auctoritati nihil obſtat,
quin poſſit deinceps ſuper eàdem Penſione imponere
onus ſolvendi Decimas, vel Subſidia, cum derogatione
præcedentis exemptionis. In Penſionibus autem ex cau-
ſa dimiſſi, ac reſignati beneficii cum pacto, etiam Jure-
jurando per reſignatarium firmato, de ſolvenda ſem-
per penſione integra, & de non petenda defalcatione
ex quaviscauſa, non intendit Papa tale pactum in-
fringere; ſed quod remaneat in ſuo robore; & quam-
vis in conceſſione Decimarum, ac Subſidiorum dero-
get generaliter cuicunque exemptioni etiam Penſio-
num, tales derogationes non deſtruunt prædictum pa-
ctum, nec permittunt reſignatariis, ut defalcare va-
leant aliquid de promiſſa ſumma Penſionis; deroga-
24 tio enim eſt ſtricti Juris. *cap. Quæ à jure.* 38. *de*
Regul. Jur. in 6. Geminian. *conſ.* 35. *num.* 2. nec in ea
cenſetur plus comprehenſum, quàm ex neceſſitate,
poſſit inferri. *l. Sancimus. C. de Teſtam. l. Alumnæ.*
§. Qui filias. ff. De Adim. Legat. & ideò, ut ait Lote-
rius *d. lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 34. nunquam cenſetur fa-
cta derogatio, ubicunque ea, (ut ſuprà dictum eſt)
diſtinguendo poteſt evitari. Bart. *in l. Omnes populi.*
ſub num. 35. *de Juſt. & Jure.* Alex. *conſ.* 170. *num.* 1.
vol. 6. Aym. *conſ.* 26. *num.* 6. *& conſ.* 8 72. *num.* 8. di-
ſtinguitur autem in hoc articulo, dum dicimus, de-
rogationes reſpicere favorem Reipublicæ, ut faciliùs
exigat conceſſas Decimas, vel Subſidia; non favorem
Titularium ex reſignatione, in ſolvenda Penſione di-
minuta.

Non obſtat ſecundum deductum ex Rotæ *deciſ.* 161
part. 2. *diverſ.* in qua concluſum fuit, Penſionarium
obligatum eſſe bonificare Titulari ratam per eum ſo-
lutam Regi tangentem Penſionem pro Excuſato, ſeu
Decimis eidem Regi per Papam conceſſis: Nam ita
reſpondet Rota *d. deciſ.* 48. *in Bergomen. Penſionis de*
Treſcurio coram Durano *num.* 25. *Non obſtat Deciſio*
25 161. *part.* 2. *diverſ. quia ibi præceſſerat concordia in-*
ter Clerum, & Regem Catholicum, in qua totus Clerus
ſe obligaverat ſolvere Excuſatum, non obſtantibus qui-
buſcunque exemptionibus, privilegiis, & contractibus
etiam juratis, & in forma Cameræ &c. & Papa aliud
non fecit, quàm concordiam confirmare. Unde mirum
non eſt, quod in caſu illo fuerit reſolutum, Penſionarium
teneri, & non eſſe relevandum à Titulari; quia obliga-
tio quæ ex perſona, & facto illius originem traxit, ipſum
ſolum afficere debuit, & non Titularem. l. Quæcunque
gerimus. ff. de Action. & Oblig. l. Inter ſtipulantem.
ff. de Verb. Obligat. Undè etiam derogatio juramenti,
& obligationis Cameralis ad damnum Penſionarii fa-
cta fuit. Et ſic etiam eſt intelligendum quod dicit de-
ciſ. Valentina Subſidii 4. *Maii in Verſ. Cauſa Tole-*
tana, dum loquitur de obligatione Camerali; quia
deciſio in d. cauſa Toletana eſt eademmet Deciſio 161.
part. 2. *diverſ. Hic autem verſamur in ſimplici In-*
dulto Papæ, nulla præcedente obligatione Penſiona-
rii; ſed conceſſio ex cauſa eſt ita reſtricta ad Rem-
publicam, ut non conveniat Penſionario. Idcircò ea-
tenùs in hac deciſione *Diverſ. part.* 2. *deciſ.* 161. Pen-
ſionarius reſignans fuit condemnatus ſolvere Excuſa-
tum de ſua Penſione, quia ipſe ſic ſe obligaverat Re-
gi in concordia à toto Clero facta, & per Papam ad-
miſſa.

Non obſtat Tertium, quod in Litteris Apoſtolicis
reſervationis ejuſdem Penſionis Rhetanæ non lega-
tur, eam fuiſſe exemptam à Subſidiis Papalibus:
Quia reſpondetur, illius Penſionis exemptionem fuiſ-
ſe adeò prægnantibus clauſulis conceptam, ut abſque
dubio excluderet etiam onus Subſidii; ſic enim fuit
inter Partes concordatum, & per Papam conceſſum;
videlicet, ut ipſe Archiepiſcopus Labia Reſignatarius
ſolveret eidem Epiſcopo Rhetano Reſignanti ſuper
fructibus Epiſcopatus Adrien. *Penſionem annuam Scuto-*
26 *rum* 800. *Monetæ Romanæ liberam, & immunem ab*
omni Decima impoſita, & ex quavis cauſa imponen-
da, & alio quocunque onere; & etiamſi in impoſitio-
nibus Decimarum, vel aliorum onerum caveatur ex-
preſsè, quod Penſionarii pro rata Penſionum ſuarum
quantumvis exemptarum contribuere teneantur; adeòut
dicta Penſio ſemper integra, & abſque aliqua etiam mi-
nima diminutione, etiam titulo donationis puræ, & ir-
revocabilis, quæ dicitur fieri inter vivos debeatur;
nec

Digitized by Google

nec aliter, nec alio modo. Cui reſervationi prædictus R. Archiepiſcopus Reſignatarius modo prædicto conſenſit; & Penſionem antedictam cum juramento, & obligatione Camerali, etiam Succeſſorum nomine, de ſuo, & eorum proprio ſolvere promiſit; abſque ſpe aliquid unquam poſtea repetendi, ſeu defalcandi &c. Quibus in verbis cenſetur excluſum
27 etiam onus Subſidii Papalis; nam ly *Quocunque onere* eſt dictio univerſalis includens omnia onera, & nulla eorum excludens. Roman. *conſ.31. num.2.* Menoch. *conſ.496. num.65.* Mandoſ. *in Reg.17. Cancell. quæſt.8. num.2.* Moneta *de Commut. ult. volunt. cap.11. num.72.* & aliis citatis Barboſa *Dict.317 num.2.* Idcircò infirma nimis eſt talis objectio, maximè attenta promiſſione, ac conventione *ſolvendi ſemper dictam Penſionem integram, & abſque aliqua etiam minima dimi-*
28 *nutione*, cum clauſula *nec aliter, nec alio modo*; cujus vigore reſignatio dicitur conditionalis; & deficiente conditione integræ ſolutionis, reſignatio habetur pro non facta, & reſignans poteſt redire ad ſuum Epiſcopatum. Pariſius *de Reſignat. lib.6. quæſt.3. num.4.* Tondut. *de Penſion. cap.45. num.4.* Rota *part. 2. recent. deciſ.286. num.2.*

Quartum denique objectum non ſubſiſtit, quod ipſe Epiſcopus Rhetanus, dum eſſet Titularis Adrien. & ſolveret Penſionem Emin. Cardinali Othobono ſuper fructibus illius Cathedralis, defalcaret, & retineret ſibi ratam contingentem eidem Penſioni pro ſolutione Subſidii Papalis: Quia reſpondetur, licitam, ac juſtam fuiſſe talem defalcationem, ac retentionem, cum illa Penſio non fuiſſet reſervata ex cauſa reſignationis, ſed in vacatione Adrienſis Eccleſiæ per obitum Illuſtriſſimi Aliardi Epiſcopi Prædeceſſoris ipſius Domini Rhetani; & propterea Emin. Othobonus de
29 jure tenebatur defalcare, ac bonificare Titulari prædictam ratam Subſidii, quod poſt reſervatam ſibi Penſionem prædictam, fuerat conceſſum Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, ut probatum eſt ſupra *in præced. Diſcord. V.* Penſio autem Rhetana, de qua nunc agimus, fuit reſervata ex cauſa reſignationis; ex præcedenti pacto, & conventione per Apoſtolicam Sedem approbata, & ſic eſt caſus diverſus; diverſo-
30 rum autem diverſum quoque debet eſſe judicium. *l. Inter ſtipulationem §. Sacram. ff. de Verb. Oblig.* Gratian. *Marchiæ deciſ.32. num.8. & deciſ.42. num.10.* Barboſa *Axiom.74. num.6.* Imò ex facto ejuſdem Emin. Cardinalis Othoboni; cujus, (ut ait Jo: Palatius *in ejus Vita ad nomen Alex. VIII. num.4.*) *in excelſo*
31 *Rotæ Romanæ Tribunali, veluti in ſpecula enituit juſtitia ad omnes*, comprobatur præſentis Diſcordiæ Deciſio; Ipſe enim cum ex reſignatione Epiſcopatus Brixien. cui diù præfuerat, obtinuiſſet ſibi reſervari annuam Penſionem; eam exigebat ab Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Marino Georgio Eminentiæ Suæ Succeſſore, ac Reſignatario, abſque ullius Subſidii defalcatione, ſeu bonificatione, ſiquidem illa erat Penſio reſervata ob reſignationem, in qua Summo Pontifice Alexandro VII. approbante Reſignatarius convenerat, ac promiſerat eam exemptam, & immunem ab omni onere ſemper integram, & abſque ulla diminutione ſolvere; undè ex judicio, ac eminenti
32 ſcientia ejuſdem Eminentiſſimi Cardinalis Othoboni, *Anno* 1689. *die 6. Octobris* ad Summum Pontificatum electi, ac Alexandri VIII. nomine inſigniti, laudata remanet hæc concluſio, quod Penſiones ex cauſa reſignationis cum ampliſſimis exemptionis clauſulis reſervatæ non ſunt obnoxiæ ſolutionibus Decimarum, vel Subſidiorum Papalium, etſi poſt ipſas, Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ conceſſorum; quamvis iiſdem ſubdantur Penſiones, quæ in vacatione beneficiorum per obitum reſervantur; quando poſteriores Decimæ, vel Subſidia eidem Sereniſſimæ Reipublicæ à Papa conceduntur.

DISCORDIA VII.

ARGUMENTUM.

Diſputatur difficilis Quæſtio, ſi Penſionarius promotus ad Epiſcopatum cum diſpenſatione ſuper retentione Penſionis, eam exigat ante expeditas Litteras ejuſdem retentionis, Utrùm ex tali exactione diſpenſatio remaneat invalida, & Penſio extinguatur? Referuntur rationes pro utraque opinione negativa, & affirmativa: Sed quia ante Judicis ſententiam Penſionarius obiit, Diſcordia hæc, non ficta, ſed facta, remanet indeciſa.

SUMMARIUM.

1 *Lucas Stella olim Archiepiſcopus Candiæ, deindè Epiſcopus Vicentinus, poſtea Anno 1637. factus Epiſcopus Paduæ.*
2 *Leonardus Bondumerius Anno 1641. creatus Archiepiſcopus Spalatenſis.*
3 *Georgius Cornelius Electus ab Urbano VIII. Epiſcopus Patavinus Anno 1643.*
4 *Caroli Caraffæ Nuncii Apoſtolici Venetiarum, deindè Cardinalis laus, & prudentia.*
5 *Tranſactio inter Menſam Epiſcopalem Paduæ, ac Archiepiſc. Spalaten. Anno 1657. ſuper Penſione litigioſa.*
6 *Gregorius Card. Barbadicus Anno 1664. translatus de Eccleſia Bergomen. ad Patavinam.*
7 *Beneficia Promoti ad Epiſcopatum vacant, & ejus Penſiones extinguuntur.* & num. 9.
8 *Eadem ſunt Papæ reſervata; & quo tempore vacent?*
10 *Gratia de retinendis obtentis eſt impetranda à Promoto in Cedula Conciſtoriali.*
11 *Leonis X. Conſt.33. de gratia retinendi obtenta à Promotis ad Cathedrales.*
12 *Clementis VII. Conſt. 7. confirmans eandem Leonis X. ordinationem.*
13 *Litteræ retentionis obtentorum quando ſint expediendæ à Promotis ad Epiſcopatus.*
14 *Penſio extinguitur, ſi exigatur ante expeditas Litteras reſervationis ejus.* & num.29.
15 *Litteræ ſi non ſint expeditæ ſuper retentione Penſionis, & ea exigatur, an ipſa Penſio annulletur?*
16 *Diſpenſatio retinendi obtenta cum Promotis ad Cathedrales cur fiat in Cedula Conciſtoriali?* & num. 24.
17 *Diſpenſatio prædicta eſt nullius roboris ſi fiat extra d. Cedulam.*
18 *Quod Lex non dicit, nec nos dicere debemus.*
19 *Pœna non cenſetur à Lege impoſita, niſi de ea expreſsè loquatur.*
20 *Penſio exacta ante expeditas Litteras ſuper gratia retentionis, non amittitur.*
21 *Quod de uno diſponitur, de alio cenſetur denegatum.*
22 *Qui non exprimit, præſumitur non expreſſum noluiſſe.*
23 *Legis cauſa finalis deprehenditur ex Proemio ejus.*
25 *Damnum operari non debet id, quod inſtitutum eſt in favorem.*
26 *Rotæ coram Verallo part. 3. deciſ.98. ambigua.* & num. 42.
27 *Litterarum expeditio ſuper retentione Penſionis ſuffragatur ante oppoſitam ejus nullitatem.*
28 *Officialibus Cancellariæ Apoſtolicæ non eſt prohibitum prorogare terminum expeditionis Litterarum.*
30 *Penſionis ſuper retentione Litterarum expeditio eſt de forma.*
31 *Diſpenſatio cum Promoto ad Cathedralem ſuper retentione obtentorum, ac Penſionum fit ſub conditione expediendi novas Litteras.*

32 *Julii*

Digitized by Google

32 *Julii III. Conſtitutio ne quis exigat fructus beneficii Litteris non expeditis.*
33 *An ea extendatur etiam ad Penſiones?*
34 *Breve de capienda poſſeſſione Epiſcopatus continet tempus expediendi Litteras ſuper ejus proviſione, ſub pœna nullitatis.*
35 *Ratio ubi eſt eadem, ibi debet eſſe eadem juris diſpoſitio.*
37 *Taciti, & expreſſi idem eſt judicium.*
38 *Penſio quod ſit nulla, ſi Litteris non expeditis exigatur, pluries eſt declaratum.*
39 *Titularis intereſt, ne Penſio extincta ob Litteras non expeditas non reviviſcat.*
40 *Mora quando purgari non poſſit?*
41 *Officiales Cancellariæ, & Datariæ Apoſtolicæ non poſſunt in Litteris expediendis alterare mentem Papæ.*
43 *Penſio exacta Litteris non expeditis ſuper ejus retentione, quod remaneat extincta, eſt opinio magis ſicura, & juridica.* & num. 47.
44 *Penſiones Eccleſiaſticæ, ac fructus beneficiorum ſunt unum, & idem.*
45 *Rotæ Romanæ deciſiones non faciunt jus, ſed tantùm opinionem probabilem.*
46 *Judices in judicando non tenentur ſequi opinionem ejuſdem Rotæ.*

ANno 1637. cum Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus
Lucas Stella, olim Archiepiſcopus Candiæ, &
tunc Epiſcopus Vicentinus, obtinuiſſet, ſe transferri
ad hunc Epiſcopatum Paduanum, vacantem per obi-
1 tum Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Marci Antonii
Cornelii, ab Urbano Papa VIII. qui dixiſſe fertur,
Stella iſta eſt de errantibus, non de fixis, inter alias
Penſiones ab eodem Pontifice diverſis Prælatis Vene-
tis Curiam Romanam ſequentibus reſervatas, una
fuit Scutorum ducentorum monetæ Romanæ ad fa-
vorem Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Leonardi Bon-
dumerii Veneti Patricii, qui ſuas Litteras expedivit,
& eandem Penſionem exigere cæpit. In initio Anni
2 1641. idem Bondumerius ab eodem Urbano VIII.
promotus fuit ad Archiepiſcopatum Spalaten. cum
gratia retentionis beneficiorum, ac Penſionum antea
obtentorum; & ingreſſus poſſeſſionem Archiepiſco-
patus vigore Brevis, continuavit etiam in poſſeſſio-
ne exigendi Penſionem ab Epiſcopatu Patavino; eo-
demque Anno 1641. expedivit Litteras Apoſtolicas
ſuæ promotionis ad dictum Archiepiſcopatum; ſed
alias Litteras diſpenſationis ſuper obtentis, ac eorum
retentione non expedivit, niſi tranſactis aliis duobus
annis, ſcilicèt Anno 1644. interim non intermiſsâ
prædictæ Penſionis exactione. Poſt mortem Epiſco-
pi Stellæ, Anno 1643. electus fuit ad hunc Patavi-
num Epiſcopatum ab eodem Urbano VIII. Illuſtriſ-
ſimus, ac Reverendiſſimus glorioſæ memoriæ Geor-
3 gius Cornelius filius Sereniſſimi Joannis Cornelii Du-
cis Venetiarum; qui bona fide, ac naturali ejus gene-
roſitate, atque liberalitate omnes Penſiones, quibus
Menſa hæc Epiſcopalis onerata erat, promptè per-
ſolvens, etiam eidem Archiepiſcopo Spalaten. ante-
dictam Summam annuam Scutor. 200. contribuit.
Anno tamen 1657. ipſe Illuſtriſſimus, ac Reveren-
diſſimus Cornelius monitus à ſuis miniſtris de nulli-
tate prædictæ Penſionis Bondumeriæ ob ejus exactio-
nem factam à prædicto Archiepiſcopo Spalaten. poſt
ejus promotionem Annis 1641. 1642. & 1643. non
expeditis Litteris ſuper gratia retentionis obtentorum,
ſuſpendit ſolutionem; & introducta fuit cauſa in
Nunciatura Apoſtolica Venetiarum ſuper prætenſa
nullitate ejuſdem Penſionis. Erat tunc Nuncius Apo-
4 ſtolicus Venetiis Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus
Carolus Caraffa, Prælatus excelſi nominis, & he-
roicarum virtutum dotibus inſignitus, (quem poſtea
Anno 1664. Alexander Papa VII. Sacra Purpura de-
coravit) qui conſiderans eximiâ prudentiâ ſuâ, eſſe
diſputabilem cauſam illius prætenſæ nullitatis Penſio-
nis, ac pro utraque opinione non levia eſſe argumen-
ta; tanquàm communis amicus utriuſque Prælati,
eos ad concordiam induxit hac cum moderatione; ut
ſcilicèt ipſe Archiepiſcopus Bondumerius contentus eſ-
5 ſe Summâ annuâ Penſionis Scutorum centum, prout
ſe contentavit; ita tamen, & non aliter ut hæc mo-
deratio, ac concordia non tranſiret ad Succeſſorem in
Patavino Epiſcopatu; ſed eſſet perſonalis cum ipſo
Antiſtite Cornelio; qui proindè deinceps ſummam an-
nuam Scutorum centum eidem Spalaten. Penſionario,
ſolvit.

Tandem Anno 1664. ad hanc Eccleſiam Patavi-
nam, vacantem per obitum ipſius Præſulis Georgii
Cornelii, translatus fuit à Bergomen. ubi præerat,
Eminentiſſimus, ac Reverendiſſimus S. M. Grego-
6 rius Cardinalis Barbadicus; quem ſtatim Archiepiſco-
pus Bondumerius requiſivit, ut ſibi integram Pen-
ſionem Scutorum 200. annuatim perſolveret; quam
inſtantiam cum acerbam nimis credidiſſent Agentes
Eminentiæ ſuæ, repertis Actibus judicialibus antedicti
intentati Litigii ab Epiſcopo Cornelio Prædeceſſore
Anno 1675. dixerunt, proſequendum eſſe judicium
ſuper nullitate Penſionis, ſi, & quatenùs Penſiona-
rius Spalaten. non acquieſceret moderationi, & con-
cordiæ initæ cum Prædeceſſore. Noluit ipſe acquie-
ſcere, intendens exigere annuatim Scuta 200. Quare
denuò causâ deductâ ad forum ejuſdem Nunciaturæ
Apoſtolicæ Venetiarum, diſputandum venit, An Pen-
ſio prædicta eſſet nulla, & extincta ob ejus exactio-
nem factam ab ipſo Archiepiſcopo Spalaten. poſt ejus
promotionem Annis 1641. 1642. & 1643 ante expe-
ditas Litteras Apoſtolicas ſuper ejus retentione? Pro
utrâque Parte, & pro utrâque opinione datæ fuerunt
doctiſſimæ Juris allegationes, quas infra volui tran-
ſcribere; tribus tamen factis præmiſſis pro earum fa-
ciliori intelligentia.

Primum Præmiſſum eſt; quod de Jure per promo-
tionem ad Epiſcopatum vacant omnia beneficia, &
extinguuntur omnes Penſiones, quæ, & quas poſſide-
bat Promotus; niſi Papa in actu promotionis faciat
7 ei gratiam de retinendis obtentis. De vacatione bene-
ficiorum habetur textus expreſſus *in cap. Cum in cun-
ctis. §. Cum verò. De Elect.* & præter DD. antiquos,
quos cumulat Barboſa, notat *ibid.* Emanuel Gonza-
lez *in Comment. tom. 1. num. 3. & num. 6.* nec non al-
ter Hieronym. Gonzalez ad *Reg. 8 Cancell. gloſs. 15.
num. 53.* Hojeda *De Incompatibilitate benefic. part. 1.
cap. 4. num. 1.* Flamin. Pariſius *de Reſignat. lib. 3. q. 1.
num. 76.* Garzias *de Benefic. part. 11. cap. 6. à num. 1.
& ſeqq.* Barboſa *de Offic. & Pot. Epiſc. alleg. 57.
num. 67.* ubi innumeros DD. numerat. Gratian. *Di-
ſcept. forenſ. cap. 266. num. 1.* Tondut *QQ. Benefic.
part. 2. cap. 1. §. 4. num. 103.* & Amyden. *de Stylo
Datariæ lib. 1. cap. 17. num. 2. & num. 11.* qui omnes
8 advertunt beneficia ſic vacantia eſſe Summo Pontifici
reſervata per *Extravag. Ad Regimen. de Præbend.*
quæ hodie renovatur per omnes Pontifices *in Reg. 1.
Cancellar.* prout experientia docet, & notant Man-
doſius *ad d. Reg. 1. quæſt. 13.* & Barboſa *d. alleg. 57.
num. 63.* ac etiam in *Votis Conſult. Voto 28. & Voto
43.* addentes prædicti omnes DD. eſſe diſcordiam in-
ter eos circa tempus, quo vacant beneficia Promoto-
rum ad Eccleſias Cathedrales, & quamvis in puncto
juris dicant, attendendum eſſe tempus adeptæ poſſeſ-
ſionis illarum, tamen de Stylo Curiæ Romanæ va-
cant à die Promotionis. Amygden. *d. lib. 1. cap. 17.
num. 11* Caſſador. *deciſ. 2. De Conſtitut.* Quod autem
etiam Penſiones vacent, ſeu extinguantur per dictam
9 promotionem teſtantur Gigas *de Penſionib. quæſt. 56.*
ac etiam *conſ. 149. num. 8.* Ferrettus *conſ. 53. à num.
4.* Gabriell. *conſ. 200. lib. 2.* Garzias *de Benefic. part. 1.
cap. 5. num. 110. & d. part. 11. cap. 6. num. 4.* Barboſa
d. allegat. 57. num. 73. Gratian. *Diſcept. for. cap. 397.
num. 66.* Tondut *d. part. 2. cap. 1. §. 4. num. 102.* &
cæteris omiſſis Carolus Felix de Matta *de Cauſis Con-*

Digitized by Google

ciſtor. ſect. 6. *num.* 4. idem Tondut *de Penſionib. cap.* 73. *à num.* 5. ubi concorditer docent, talem eſſe inveteratum Stylum Curiæ Romanæ, qui facit jus; adeòut abſque dubio ſicut vacant beneficia per promotionem ad Epiſcopatus, ſic extinguantur Penſiones; niſi, ut dictum eſt, à Papa concedatur retentio.

Secundum Præmiſſum eſt: quod ubi Promoti velint impetrare gratiam retinendi tùm beneficia, tùm Penſiones antea obtentas, debent de ea ſupplicare
10 Summum Pontificem in Cedula Conciſtoriali ejuſdem promotionis, non autem per ſeparatam ſupplicationem; ea ratione quia cum teneantur expedire novas Litteras Apoſtolicas ſuper retentione obtentorum, Papa vult talem expeditionem fieri eodem tempore, quo expediuntur Litteræ promotionis ad Epiſcopatum; & ne Officiales Cancellariæ, ſeu Datariæ Apoſtolicæ, gratia facta de retinendis beneficijs, ac Penſionibus lateat; vult eam fieri in dicta Cedula Conciſtoriali, aliàs ſi facta ſit alibi, nulla ſit, & nullius valoris juxtà *Conſtitutionem* 35. Leonis X. confirmatam à Clemente VII. *Conſtit.* 8. de quibus mentionem facit Loterius *de Re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 25. quarum quidem Conſtitutionum ſequens eſt tenor.

Leo X. in *d. Conſtit.* 35. Incipien. *Cum Sixtus Quartus &c.* ſub data *diei* 3. *Januar.* 1520. ita decernit § 1. *Veſtigiis Prædeceſſorum inhærendo, ac majoribus fraudibus occurrere cupientes, cum intellexerimus*
11 *ſupplicationes Diſpenſationum hujuſmodi retentionum Monaſteriorum, & Beneficiorum, ac Penſionum prædictarum ad partem ſignari, & de illis in Cedulis Conciſtorialibus nullam mentionem fieri, ad effectum ut Litteræ Eccleſiarum, Monaſteriorum prædictorum, contra ordinationes prædictas liberè ad eorum libitum expediri facere valeant: Idcircò motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de noſtræ Poteſtatis plenitudine prædicta mandata, & ordinationes extendimus, ac de novo decernimus, declaramus, ſtatuimus, & ordinamus, ut per quaſcunque Supplicationes, etiam motu proprio ſub quibuſvis datis in poſterùm ſignandas, diſpenſationum retentionum quorumcunque Monaſteriorum, & beneficiorum regularium, & ſæcularium; ac quarumcunque Penſionum, & ſimilium beneficiorum vacantium, & Penſionum translatarum per hujuſmodi promotiones, & commendas Conciſtoriales nullius ſint roboris, nec in aliquo eiſdem perſonis proviſis ſuffragentur; ſed Monaſteria, & beneficia prædicta per hujuſmodi promotiones impetrari poſſint; ac Penſiones caſſatæ, & extinctæ intelligantur, niſi in Cedulis prædictis ſuper illis diſpenſetur; & beneficiis ſic vacantibus proviſum ſit, ac Supplicationes prædictæ retrotrahantur, eis nequaquam ſuffragentur. Mandantes &c.* Et *ne derogari poſſit &c. Non obſtantibus &c.*

Clemens Papa VII. in ſua *Conſtitut.* 8. Incipien. *Cum dudum &c.* data *die* 19. *Aprilis* 1524. in §. 1. facta repetitione ordinationis ejuſdem Leonis X. & aliorum Prædeceſſorum, decernentis ſupplicationes, & diſpenſationes retinendi beneficia, ac Penſiones non ſuffragari promotis ad Cathedrales, *niſi in Cedulis Conciſtorialibus ſuper illis diſpenſarentur &c.* §. 2. ita ſubdit: *Nos Prædeceſſorum prædictorum veſtigiis inhæ-*
12 *rentes, ac fraudibus occurrere cupientes, Conſtitutiones, mandata, ordinationes, ſtatuta, & decreta Prædeceſſorum hujuſmodi innovamus, illaque juxta eorum continentiam, & tenorem obſervari debere decernimus &c.* Ex quibus Pontificiis Conſtitutionibus colligunt DD. Litteras Apoſtolicas retentionis obtentorum beneficiorum, ac Penſionum eſſe expediendas
13 intra idem tempus, quo Promotus ad Epiſcopatum obligatus eſt expedire Litteras ſuæ promotionis; quia ad hunc effectum ſtatutum eſt in iiſdem Conſtitutionibus, ut gratia retinendi beneficia, ac Penſiones ſignetur in ipſa Cedula proviſionis Cathedralis Eccleſiæ, ut advertit Loterius *d. lib.* 1. *quæſt.* 33 *num.* 15. Tondut *de Penſion. cap.* 73. *num.* 11. & ibi Rota coram Othobono *deciſ.* 239. *num.* 13.

Tertium Præmiſſum eſt; quod Penſio per Summum Pontificem alicui conceſſa, vel reſervata, ſi ab ipſo Penſionario exigatur ante expeditas Litteras ejuſ-
14 dem conceſſionis, ſeu reſervationis, Penſio ſtatim extinguitur, & remanet nulla eo ipſo, ut concorditer ſcribunt omnes Doctores, quos allegat Ridolphin. *in Praxi Judic. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 140. Poſtius *de Manutent. obſer.* 42. *num.* 33. Loterius *d. lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 6. *& ſeqq.* Tondut *QQ. Benefic. d. part.* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 5. nec non *de Penſionib. cap.* 37. *in fin. & cap.* 50. *num.* 1. & ibi Garzias *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 43. Rota coram Mantica *deciſ.* 286. atque *deciſ.* 300. coram Millino *deciſ.* 28. & *deciſ.* 127. coram Penia *deciſ.* 185. Adden. ad Burattum *deciſ.* 759. *num.* 14. ubi alias cumulat; & noviſſimè Emin. Card. de Luca *de Penſion. diſc.* 30. *num.* 9. & *diſc.* 40. *num.* 7. quæ concluſio adeò vera eſt, ut non ſufficiat, ſi ante exactionem Litteræ expeditæ ſint in parte tantùm, ut ait Adden. ad Burattum *d. deciſ.* 759. *num.* 14 vel ſi poſt exactionem Litteræ expediantur; ut tenet eadem Rota coram Millino *d. deciſ.* 127. *num.* 3.

His ita præmiſſis, ac prænotatis deveniendo ad punctum Diſcordiæ, Utrùm dicenda ſit extincta, & caſſata Penſio, quam Archiepiſcopus Spalaton. obti-
15 nebat ſuper Epiſcopali Menſa de Padua, eo quia poſt diſpenſationem in ſua promotione ſuper obtentis, eandem Penſionem exegit duobus, vel tribus annis ante expeditas Litteras ſuper retentione obtentorum; ſcribentes pro eodem Archiepiſcopo dicebant, eam non eſſe extinctam ex ſequentibus.

Primò: quia prædictæ duæ Conſtitutiones Leonis X. & Clementis VII. ordinatæ ſunt ad providendum indemnitati Cameræ Apoſtolicæ, & Sacri Collegii Cardinalium, ne defraudentur eorum juribus, & annatis; ad quem effectum voluerunt, ut diſpenſationes
16 ſuper retentione obtentorum beneficiorum, ac Penſionum fierent in ipſa Cedula Conciſtoriali promotionis ad Cathedrales, & non alibi; ut eâ delatâ ad Cardinalem Vicecancellarium, ejus Officiales ſcirent, quæ, & quot Litteræ Apoſtolicæ eſſent expediendæ ſuper iiſdem obtentis; ideò prædictæ Conſtitutiones inducunt nullitatem diſpenſationis, & ſic extinctionem Penſionis, ſi ſupplicatio pro ea retinenda ſignetur extra Cedulam Conciſtorialem, ut patet ex illis ver-
17 bis Leonis X. *ac Penſiones caſſatæ, & extinctæ intelligantur, niſi in Cedulis prædictis ſuper illis diſpenſetur.* Ergo ubi diſpenſatio facta ſit in Cedula Conciſtoriali, gratia retentionis eſt ſemper valida; attentâ illa dictione *Niſi*, quæ inducit nullitatem in eo caſu tantùm, de quo loquitur; & firmat validitatem geſtorum, illo caſu excepto. Barboſa *Diction.* 127. *num.* 5. Seraphin. *deciſ.* 343 *num.* 3. Ludoviſ. *deciſ.* 544. *num.* 25. & Rota *part.* 1. *recent. deciſ.* 639. *num.* 2.

Secundò, quod autem Penſio non ſit extincta ob non expeditas Litteras retentionis obtentorum ſimul, & eodem tempore cum Litteris promotionis, deducitur ex eo, quod hoc non dicunt prædictæ Pontificiæ
18 Conſtitutiones, undè intrat Regula illa juris, quæ ait, Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. *l. De pretio. ff. de Public. in rem act.* tantò minùs in pœnalibus. *l. Senatus. ff. de Contrah. empt.* Abbas, & alii *in cap.* 2. *De Conſtitut.* & ubi agitur de privatione Juris quæſiti retinendi eandem Penſionem, & conceſſionis factæ in ipſa Cedula Conciſtoriali. Surd. *deciſ.* 216. *num.* 36. Menoch. *conſ.* 216. *eod. num.* 36. Ludoviſ. *deciſ.* 225. *num.* 13. & ibi Adden. *num.* 20. nam pœna à Lege non cenſetur impoſita, niſi expreſ-
19 sè de ea ſit dictum. Gloſſa *in cap. fin. in Verb. Ex vi. De Jurepatron. lib.* 6. Rota *part.* 2. *recent. deciſ.* 480. *num.* 2. & *part.* 5. *deciſ.* 562. *num.* 4.

Tertiò in terminis hujus Diſcordiæ, quod hæ Conſtitutiones non contineant Decretum irritans, ſi Litteræ non expediantur ſimul, & eodem tempore, videtur innuere Rota coram Achille de Graſſis *deciſ.* 2. *de Elect.*

Digitized by Google

de Elect. num. 4. & expreſsè tenuit eadem Rota in
Cæſaraugustana Penſionis 17. Martii 1653. coram
R. P. D. Peutingero; quæ eſt deciſ. 17. impreſſa poſt
Tondut tract. de Penſionib. in ea enim num. 7. & 8.
ſic dicitur: *Neque ſuffragatur objectum, quod ſi exi-*
20 *gatur à Penſionario Penſio ante Litteras diſpenſationis*
expeditas, jus ad Penſionem conſequendam amittat.
Cardin. Millin. deciſ. 20. num. 1. & deciſ. 127. num. 1.
Quia cum Litteræ reſervationis jam fuerint expeditæ
ab initio, & earum vigore dicta Penſio exacta, obje-
ctum non intrat in gratia retentionis præventiva, de
qua agitur; & in qua non adeſt, nec apponi conſue-
vit decretum annullativum ob exactionem Litteris diſ-
penſationis non expeditis; quod apponitur tantùm in
Litteris ipſius reſervationis, in quibus terminis lo-
quuntur quotquot in id allegari poſſunt. Etenim ceſ-
ſante tali decreto non incurritur pœna amiſſionis, ſeu
privationis Penſionis ob exactionem ante Litteras ex-
peditas. Pariſius conſ. 5. num. 59. lib. 4. Gabriel conſ.
159. num. 11. lib. 1. *ubi ponderat, quod Conſtitutio Ju-*
lii III. non prohibet, quin etiam Litteris Penſionis non
expeditis Penſio exigi poſſit. Loterius de Re beneſic.
lib. 1. q. 37. num. 5. & ſeqq. ac dixit Rota in Piſcien.
Penſionis. 6. Febr. 1645. §. nam fuit reſponſum.
coram Emin. Card. Othobono; & in terminis bene-
ficii fuit dictum in Valentina Rectoriæ 17. Martii 1651.
coram Bichio. Et magis in puncto Rota coram Card.
Millin. d. deciſ. 20. num. 5. & ſeq. reddens rationem,
quia dicta Regula 52. Cancell. quod ſcilicèt nulli ſuffra-
getur diſpenſatio, niſi Litteris confectis, non annul-
lat gratiam; ſed diſponit, quod non ſuffragetur ante
expeditionem Litterarum. Igitur ceſſante decreto irri-
tante, quod non eſt appoſitum in Conſt. 35. Leonis X.
nec in Conſt. 8. Clementis VII. Penſio non debet
dici extincta, etſi fuerit exacta ab Archiepiſcopo Bon-
dumerio ante expeditas Litteras ſuper gratia retentio-
nis ejuſdem Penſionis.

Quartò: tantò magis, quia ſicut prædictæ Conſtitu-
tiones Pontificiæ expreſſerunt nullitatem gratiæ ſuper
retentione obtentorum, ſi ipſa impetrata fuerit in
ſupplicatione ſeparata, & extra Cedulam Conciſto-
rialem; ita eandem nullitatem poſuiſſent, ſi, & qua-
21 tenùs Litteræ non expedirentur ſimul, & eodem
tempore; quando mens Pontificum fuiſſet, ut gratia
corrueret iiſdem Litteris non ſimul expeditis; arg.
l. Unicæ. §. Sin autem. C. de Caduc. tollend. & jux-
ta regulam dicentem, *quod de uno diſponitur, de alio*
denegatur. Gloſſa in cap. Nonnè. 5. Verb. Tacendo.
in fin. de Præſumpt. Barboſa Axiom. 196. num. 20.
22 & juxta aliud Axioma *Qui non exprimit, præſu-*
mitur non expreſſum minimè voluiſſe. Pariſius lib. 4.
conſ. 8. num. 3. Rota part. 4. recent. deciſ. 498. n. 5.
tom. 1. Idem Barboſa Axiom. 234. num. 4.

Quintò quia omnis Conſtitutio interpretanda eſt ſe-
cundum cauſam finalem, ob quam emanavit; quæ
quidem cauſa finalis deprehenditur ex proemio ejuſ-
dem Conſtitutionis. l. ult. cum ibi notat. ff. de He-
red. inſtitut. l. Regula. §. Si quis jus ignoras. ff. de
23 Juris, & facti ignorant. Mantica deciſ. 104. num. 3.
Sed in proemio prædictarum Conſtitutionum Leoni-
næ, ac Clementinæ manifeſtè legitur, eas ob hunc ſo-
lum finem fuiſſe promulgatas, ne Camera Apoſtoli-
ca, & Sacrum Collegium defraudaretur ſuis juribus ob
24 ignoratam gratiam diſpenſationis ſuper retentione
obtentorum; ſuper quibus Litteræ à Promoto ad Ca-
thedralem ſunt expediendæ. Sed huic indemnitati
Cameræ, & Sacri Collegii plenè eſt proviſum, ſi diſ-
penſatio facta ſit in Cedula Conciſtoriali; ex cujus
lectura Officiales Cancellariæ, ac Datariæ agno-
ſcunt, quæ, & quot Litteræ ſint expediendæ; & ni-
hil prohibet, ne in diverſis temporibus expediantur.
Rota part. 3. diverſ. deciſ. 514. num. 4. eadem Rota
deciſ. 59. & deciſ. 63. de Reſcript. in antiq. nec non
coram Bichio deciſ. 300. num. 36. & part. 4. recent.
deciſ. 302. num. 10. tom. 2. Ergo non eſt deducenda
nullitas Penſionis, etſi Litteræ pro ejus retentione
ſint expeditæ aliquo tempore poſt expeditionem Lit-
terarum promotionis; cum hæc poſterior expeditio
proceſſerit ex conſenſu Officialium, qui poterant de-
negare Litteras promotionis, quando voluiſſent unâ
cum illis expediri etiam Litteras ſuper obtentis, de
quibus jam notitiam habebant ex tenore Cedulæ Con-
ciſtorialis.

Sextò, imò tantò minùs dicendum eſt, ex mente,
ac intentione earundem Conſtitutionem Leonis X. &
Clementis VII. deducendam fore nullitatem Pen-
25 ſionis, ſi Litteræ ſuper retentione unâ cum Litteris
Promotionis non ſint expeditæ; quò magis reſulta-
ret damnum Cameræ Apoſtolicæ, & Officialium
Cancellariæ, ac Datariæ ex ea irrefragabili ratione,
quod datâ nullitate Penſionis, non eſt ampliùs lo-
cus expeditioni Litterarum ſuper ejus retentione; un-
dè ex tali opinione, & aſſertione nullitatis Conſti-
tutiones prædictæ retorquerentur in damnum Came-
ræ, Cancellariæ, ac Datariæ, Officialiumque om-
nium; in quorum favorem ſunt promulgatæ; &
ſic contrarium operarentur effectum contra text. in
l. Quod favore. ubi Gloſſa, & DD. ff. de Legib.
l. Legata inutiliter. ff. de adimen. Legatis. Surdus
conſ. 453. num. 37. & conſ. 462. num. 16.

Septimò, neque obſtat Rota coram Verallo deciſ. 98.
part. 3. quæ in principio videtur tenere, Penſionem
eſſe extinctam, ſi Litteræ ejus retentionis non ſint
expeditæ ſimul cum Litteris promotionis ad Cathe-
26 dralem, ea ratione quia utraque expeditio Littera-
rum inducta per dictas Conſtitutiones eſt de forma;
quâ non ſervatâ intrat nullitas diſpenſationis ſuper
retentione obtentorum, ac Penſionis; ut ibi num. 2.
Nam ipſamet Deciſio in fine recedit ab hac opinione;
& videtur innuere, nullitatem Penſionis in illo caſu
proveniſſe, quia in Brevi de capienda poſſeſſione Ca-
thedralis inſertum fuerat tempus determinatum, in-
tra quod eſſent expediendæ Litteræ tùm ſuper Pro-
motione, tùm ſuper retentione obtentorum, ac Pen-
ſionis cum decreto irritanti; & ex tranſgreſſione il-
lius temporis nullitas fuit deducta. In caſu autem
præſenti non conſtat de temporis præfinitione, neque
de decreto irritante; ideò tenendum, validam eſſe
Penſionem: tantò magis quia Litteræ ſuper ejus re-
tentione fuerunt expeditæ Anno 1644. & ante earum
expeditionem nullus reclamavit, neque inſtetit, Pen-
ſionem declarari extinctam; & ita videtur purgata
mora, quatenus etiam fuiſſet introducta nullitas ob
omiſſam expeditionem ab initio; expeditio enim Lit-
27 terarum quandocunque ſuffragatur ante oppoſitam,
& acceptatam nullitatem ex traditis per Emin. Card.
de Luca de Penſion. diſc. 44. num. 13. maximè quia
prorogatio expeditionis Litterarum retentionis ejuſ-
dem Penſionis videtur facta de conſenſu Officialium
Cancellariæ, & Datariæ Apoſtolicæ; quibus non eſt
28 prohibitum prorogare terminum expeditionis ex Ro-
ta part. 1. recent. deciſ. 356. & ex deciſ. 361. poſt
Farinacium vol. 2. Conſilior. Hæc omnia allegarunt
ſcribentes pro Archiepiſcopo Spalaten. ad ſuſtinendam
validitatem ſuæ Penſionis.

E contra Advocati Menſæ Epiſcopalis Paduæ,
tàm qui patrocinabantur Illuſtriſſimo, ac Reveren-
diſſimo Epiſcopo Cornelio, quàm qui conſulebant
Eminentiſſimo Cardinali Barbadico ejus Succeſſori,
conſtanter affirmabant, antedictam Penſionis nullita-
tem, & extinctionem, ob ejus exactionem factam
Litteris non expeditis ſuper ejus retentione. Siquidem,

Primò, Regula irrefragabilis eſt, quod qui exigit
Penſionem ſibi à Papa conceſſam ante expeditionem
Litterarum ſuper ipſa gratia conceſſionis, cadit à jure
ſuo, & incidit in nullitatem, & amiſſionem ejuſdem
29 Penſionis, ut præter DD. citatos ſupra n. 14. firmat
Garzias part. 4. cap. 2. à num. 41. & ſeqq. ubi Deci-
ſiones Rotæ adducit, inter quas coram Card. Man-
tica Deciſ. 286. & una Sabinen. Penſionis 13. Junii

1594. & coram eodem in eadem cauſa *die* 12. *Decembris* 1594. quæ inter impreſſas ejuſdem Cardin. Manticæ eſt *Deciſ.* 300. & habetur etiam *in part.* 4.
30 *diverſ. deciſ.* 34. ea ratione, quia omnes Penſiones conceduntur ſub hac forma, ut antequam exigantur, fiat Litterarum expeditio ſuper earum conceſſione; undè defectus formæ reddit actum nullum. Quapropter cum in Promoto ad Epiſcopatum vacent obtenta, ac Penſiones, niſi ex ſpeciali gratia Papa cum eo diſpenſet ſuper retentione, ut dictum eſt *ſupr. num.* 7. & 9 diſpenſatio pro retinenda Penſione eſt ipſius Penſionis nova conceſſio, ac reſervatio, quæ fit ſub hac formalitate expediendi novas Litteras ſuper eadem nova reſervatione antequam Penſio exigatur; & quatenùs exactio fiat ante expeditionem Litterarum, ſemper, & in quocunque caſu reſervatio redditur nulla; ut firmat Rota in utraque *deciſ.* 286. & *Deciſ.* 300. coram Manica; & coram Millino *deciſ.* 20. & *deciſ.* 127. & in aliis adductis per Garziam *d. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 42. Ex hoc ſequitur, quod ſicut diſpenſatio ſuper retentione Penſionis eſt nulla, ſi à Promoto ad Cathedralem impetretur extra Cedulam Conciſtorialem; ita ſubjaceat nullitati, ſi ab ipſo exigatur Litteris ſuper eadem diſpenſatione non expeditis, quia juxta antedictas Conſtitutiones Leonis X. & Clementis VII. Summus Pontifex diſpen-
31 ſat, ut Promotus poſſit retinere Penſionem, ſed cum hac conditione, & ſub hac forma, ut non procedat ad illam exigendam, antequam Litteras expediverit, ſub pœna nullitatis.

Secundò allegabant Conſtitutionem 34. Julii Papæ III. Incipien. *Sanctiſſimus, &c. diei* 27. *Maii* 1553. quam ponit per extenſum Loterius *lib.* 3. *quæſt.* 19. *num.* 1. in ea enim decernitur, omnes, & quoſcun-
32 que obtinentes beneficia ab Apoſtolica Sede, iiſdem ipſo jure privari, & incurrere nullitatem gratiæ, ac conceſſionis, ſi eorundem beneficiorum fructus per ſe, vel per alios exegerint Litteris non expeditis. Ex qua Conſtitutione inferebant, etiam Penſionis gratiam annullari, ſi Litteris non expeditis exigatur; ob identitatem rationis, & ſymboleitatem beneficii Eccleſiaſtici cum Penſione, quæ Clerico conceditur.
33 Gigas *de Penſion. quæſt.* 57. *ex num.* 5. Monald. *conſ.* 159. *num.* 22. *vol.* 2. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 39. *num.* 12. Martin. Andr. *deciſ.* 78. *num.* 2. & 28. Pyrrus Corradus *Diſpenſat. Apoſtolicar. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 8. & Rota *part* 4. *recent. deciſ.* 246. *num.* 2. Quæ extenſio eò magis eſt facienda etiam ad Penſiones, tùm quia eſt favorabilis tanquàm concernens ſalutem animarum, etiamſi in ventre contineat pœnam, ex traditis per Abb. & Jo: Andr. *in cap. Cum ex tenore. Qui filii ſint legit.* & per Caputaquen. *deciſ.* 215. *num* 5. *part.* 2. tùm etiam quia eodem modo vacant beneficia, ac Penſiones per promotionem ad Cathedrales; & eodem modo, tempore, & loco diſpenſatio conceditur ſuper retentione beneficiorum, ac Penſionum cum Promoto, ideſt in eadem Cedula Conciſtoriali; adeòut inter gratiam retentionis beneficiorum, atque Penſionum nulla diſparitas rationis adduci poſſit, ut benè ait Garzias *part.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 120. & Loterius *d. lib.* 3. *quæſt.* 19. *num.* 46. quâ attentâ rationis paritate dicendum venit; quod ſicut incurrit privationem obtentorum beneficiorum Promotus, qui eorum fructus exigit non expeditis Litteris ſuper retentione ex *d. Conſt.* 34. Julii III. ſic operetur nullitatem, & extinctionem Penſionis ex eadem *Conſt.* 34. qui Penſionem exigere reperitur, antequam Litteras expediat, ut in caſu iſto. Nec officit Rota coram Card. Othobono *deciſ.* 27. *num.* 15. ubi dicit quod dicta Conſtitutio Julii III. non eſt extendenda ad Penſiones; tùm quia ibi Penſio erat anterior eadem Conſtitutione, & lex non trahitur ad præterita; tùm etiam quia auctoritates, quas citat non loquuntur de dicta Julii III. Conſtitutione, ut eas legentibus conſtat.

Tertiò conſiderabatur, quod Archiepiſcopus Spalaten. Penſionarius receperat poſſeſſionem illius Eccleſiæ vigore Brevis Apoſtolici, ut mos eſt Curiæ Romanæ, Litteris nondum expeditis; quo in Brevi in-
34 ſeritur Decretum de ipſis Litteris expediendis intra ſex menſes ſub pœna nullitatis proviſionis ejuſdem Eccleſiæ, ut legitur in formula ejuſdem Brevis, quam ponit Pyrrhus Corradus *in Praxi Beneficiar. lib.* 3. *cap.* 6. *ſub num.* 64. in qua hæc habentur verba: *Volumus autem, quod intra ſex Menſes proximos, à data præſentium computandos, Litteras prædictas ſub plumbo expedire, ac jura Cameræ Apoſtolicæ, & aliis propterea debita, perſolvere omninò tenearis: alioquin dictis ſex menſibus elapſis proviſio, & præfectio prædictæ nullæ ſint; & Eccleſia ipſa vacare cenſeatur eo ipſo.* Ex hac clauſula nullitatis proviſionis Eccleſiæ, & vacationis ejuſdem eo ipſo, ſi Litteræ intra ſex menſes non expediantur, benè infertur etiam ad nullitatem Penſionis iterùm conceſſæ, ac reſervatæ in eadem promotione ad Cathedralem, ſi etiam de retentione Penſionis Litteræ intra eoſdem ſex menſes non ſint expeditæ; eſt enim una, & eadem gratia Promotio, & conceſſio retentionis obtentorum, ac Penſionum; & de omnibus, ac ſingulis eorum ex Conſtitutionibus Leonis X. ac Clementis VII. eodem tempore eſt facienda Litterarum expeditio. Ergo ſub eadem pœna nullitatis; ubi
35 enim eſt eadem ratio, ibi eſt eadem juris diſpoſitio. *l. Illud. ff. ad Leg. Aquil.* Abb. *in cap. Nihil num.* 5. *de Elect.* Calderin. *conſ.* 147. *aliàs conſ. unic. Ut lite penden.* & alii plurimi apud Barboſ. *Axiom.* 197. *num.* 4.

Quartò: neque valet argumentum ex adverſo factum primo, & ſecundo loco, quod in iiſdem Conſtitutionibus Leonis X. & Clementis VII. non ſit expreſſum, ut Penſio ſit extincta, ſi Litteræ ſuper ejus retentione non expediantur ſimul cum Litteris Promotionis; prout expreſsè dictum eſt, nullitatem gratiæ ſuper obtentis incurri, ſi ipſa gratia impetretur extra Cedulam Conciſtorialem. Nam reſpondetur, quod etſi expreſsè non ſit injuncta dicta nullitas, tacitè tamen ea eſt impoſita, cum Pontifices ad hunc unicum effectum voluerint gratiam obtentorum eſſe faciendam unâ cum gratia Promotionis in Cedula Conciſtoriali, ut Litteræ utriuſque gratiæ ſimul ex-
36 pedirentur; certum eſt autem in jure, quod taciti, & expreſſi idem eſt judicium. *l. Cum quid. ff. Si cert. petat.* Pariſius *de Reſignat. lib.* 1. *q.* 1. *à num.* 3. & *ſeqq.* Gonzalez *gloſs.* 14. *num* 64. & alii plurimi apud Barboſ. *Axiom.* 218. *num.* 1. ubi *num.* 2. id ampliat, quando tacitum eſt de natura expreſſi, & quando utrumque procedit ex potentia ejuſdem cauſæ; ut in præſenti caſu. Præterquàmquod cum poſſeſſio Archiepiſcopatus capta ſit vigore Brevis, in eo expreſsè præceptum fuerat, ut Litteræ expedirentur infra ſex menſes ſub pœna nullitatis; & ubi agitur de exactione Penſionis, ejus nullitas eſt inevitabilis, ſi fiat Litteris non expeditis ex Rota coram Millino *d. deciſ.* 20. & *deciſ.* 127. & aliis adductis ſupra in tertio præmiſſo *num.* 14.

Quintò pariter non ſuffragantur Deciſiones Rotæ coram Achille de Graſſis, & coram Peutingero tertio loco adductæ. Non prima, quia ſolùm terminat, obtenta per Promotionem non vacare ante adeptam poſſeſſionem Cathedralis, in præſenti autem
37 caſu Archiepiſcopus Spalaten. adeptus fuerat poſſeſſionem Eccleſiæ per annos duos, & ultrà ante expeditionem Litterarum ſuper retentione obtentæ Penſionis. Non ſecunda coram Peutingero, quæ videtur eſſe potentior in hac Diſcordia, quia in illa deciſum fuit, dilatam expeditionem Litterarum ſuper gratia retentionis Penſionis non induxiſſe nullitatem ejus. Reſpondebant ad talem Rotæ deciſionem, quod caſus ille eſt valdè diverſus; cum ibi Penſionarius non fuiſſet promotus ad Cathedralem, ſed diſpenſa-

tus

Digitized by Google

tus tantummodò ſuper retentione Penſionis non obſtante Profeſſione in Religione Militari; ideò ejus gratia non fuit ſubjecta nullitati, quia in ea non erat præſcriptum tempus ad expediendas Litteras, nec ei comminatum ut ſimul cum Litteris Promotionis eas expediret; neque cadebat inſpectio de poſſeſſione Eccleſiæ, per quam vacant obtenta, & extinguitur Penſio, ut in caſu noſtro; quibus omnibus diverſis circumſtantiis attentis non poteſt inferri de deciſione illa ad hanc Diſcordiam decidendam tanquam omninò diverſam. *l. Inter ſtipulationem. §. Sacram. ff. de Verb. obligat.* Gratian. *Marchiæ deciſ. 32. num. 8. & deciſ. 42. num. 10.*

Sextò ſimiliter non valet conſequentia deducta ex illo axiomate, quod qui non exprimit, præſumitur non expreſſum minimè voluiſſe; quia in hac facti ſpe-
38 cie ſatis Summi Pontifices ſe expreſſerunt, declarantes extinctam eſſe Penſionem tùm ſi intra tempus ad capiendam poſſeſſionem Eccleſiæ etiam Litteræ ſuper retentione obtentorum non ſint expeditæ; tùm ſuper ſtylo notorio, & irrefragabili, quod Penſio annulletur, & extinguatur, ſi eam exigi contingat ante Litterarum expeditionem, ut ex Buratto, & *ibi* adden. *d. deciſ. 759. num. 14.*

Septimò pariter non relevat illa ratio deducta à cauſa finali prædictarum Conſtitutionum Leoninæ, & Clementinæ, conſulendi ſcilicèt utilitati Cameræ Apoſtolicæ, ac ejus Officialibus; quorum intereſſe ſalvum eſt, quandocunque Litteræ expediantur. Nam reſpondetur, non ſolùm agi de intereſſe Officialium, ſed etiam Titularis, à quo Penſio ſolvitur; ideò quamvis ſalva ſit utilitas miniſtrorum Papæ, & ejus Cameræ per poſteriorem Litterarum expeditionem;
39 non ita dici poteſt de Titulari, cujus intereſt, ut extincta Penſio non reviviſcat, ut ait Rota coram Millino *d. deciſ. 127. num. 4.* his verbis: *Decretum fuit inventum favore Cancellariæ, ut propter timorem nullitatis Litteræ ſtatim expediantur: ſed poſteaquàm factus eſt locus nullitati, propter exactionem ante expeditas Litteras, nullitas non concernit ampliùs favorem Cancellariæ, quæ ex iſta nullitate non ſentit commodum, imò potiùs damnum, cum poſt exactionem non ſerviat expeditio Litterarum: ideò iſta nullitas poteſt allegari à Titulari, cujus intereſt.* Imol. *in cap. 1. ſub num. 13. Ne Sede Vacan. & fuit reſolutum in cauſa Bononien. Bonorum de Gambaranis 27. Januarii 1578.* coram Lancellotto; *& in cauſa Veronen. Exemptionis 27. Februarii 1595. coram* Pamphilio. *Aliàs, dicebant Domini, quod iſtud decretum redderetur eluſorium, ſi Titularis non poſſet allegare iſtam nullitatem; cum Cancellaria ſemper admittat ad expeditionem Litterarum, & ejus non intereſſit declarare iſtam nullitatem.* Hinc in hoc caſu non poteſt dari purgatio moræ per expeditionem Litterarum poſt incurſam nullitatem Penſionis, tùm quia res non eſt amplius integra,
40 cum jam executio ſit facta à Jure. Roman. *conſ. 103. num. 4.* Verall. *deciſ. 234. & deciſ. 414. part. 2.* tùm etiam quia purgatio fieret cum damno, & detrimento Titularis, ut benè notat utrumque caſum Adden. ad Gregor. XV. *deciſ. 559. ſub num. 10.* Præterquàm-
41 quod Officialibus Cancellariæ, ſeu Datariæ non licèt alterare mentem Papæ. Butr. *conſ. 49. num. 4.* Pariſius *conſ. 112. num. 8. & ſeq. lib. 4.* Rota coram Card. Cavalerio *deciſ. 255. num. 9. & deciſ. 285. num. 2.* & ideò cum Papa fecerit gratiam retentionis obtentorum, ac Penſionum ſub hac forma, & conditione, ut expediantur Litteræ ſimul cum Bullis promotionis; ſi ejus decretum non ſervetur, non poſſunt Officiales impedire vacationem obtentorum, neque Penſionis extinctionem.

Ultimò non eſt firmum fundamentum pro Archiepiſcopo Spalaten. deciſio Veralli *part. 3. deciſ. 98. in fin.* ubi videtur recedere à dictis in principio pro extinctione Penſionis, quia dubia ſatis eſt intentio, ac ſenſus illius deciſionis; præter incertam auctoritatem Auctoris, nam fuerunt impreſſæ per Hieronymum Juſtinum in Romana Curia Advocatum, & Verallus tunc Rotæ Auditor noluit eas recognoſcere pro ſuis, ut notat Ricciull. *de Jure Perſonar. lib. 1. cap. 13. num. 53.* ſed quidquid intellexerit Rota in illo
42 caſu, non eſt adaptabilis Diſcordiæ præſenti; ſiquidem ibi Penſionarius non exegerat Penſionem ante expeditionem Litterarum ſuper ejus retentione, ſed tantùm fuerat in mora in eis expediendis; at in caſu noſtro ultrà moram duorum annorum, quibus dilata eſt expeditio Litterarum, concurrit exactio Penſionis, quâ attentâ omninò pronunciandum venit pro ejus extinctione ex juribus, & Auctoritatibus, de quibus *ſupra d. num. 14.* & aliis congeſtis per Roſam *de Executor. Litt. Apoſt. cap. 2. num. 45.*

His rationibus fervidè altercabantur inter ſe Advocati pro ſuorum clientum defenſione in Nunciatura Apoſtolica Venetiarum; ſed antequam promulgaretur Sententia, quæ decideret hanc Diſcordiam, Archiepiſcopus Spalaten. Penſionarius, in ſenili ætate conſtitutus, vitam cum morte commutavit; undè præſens Diſcordia remanſit in puncto Juris decidenda à Sapientia Lectorum. Opinio quod Penſio fuerit extincta ob ejus exactionem factam ab Archiepiſcopo Spalaten. per duos annos, & ultrà poſt ejus promotionem ad illam Cathedralem, & ante Litterarum ſuper
43 retentione expeditionem, ſicut eſt magis ſecura pro foro poli, ita videtur magis juridica in foro fori, ob rationes adductas ab Advocatis Menſæ Epiſcopalis Paduæ; ſiquidem Summi Pontifices ſtatuerunt diſpenſationem eſſe concedendam ſuper retentione beneficiorum, ac Penſionum in Cedula Conciſtoriali, ad hunc finem, & effectum, ut promoti ſtatim expedirent ſimul, & eodem tempore tùm Litteras promotionis ad Cathedralem, tùm retentionis obtentorum, ac Penſionum; & ſicut vacarent obtenta, ſi eorum fructus exigerent Litteris non expeditis, & poſſent ab
44 aliis impetrari *ex Conſtitutione 34.* Julii III. ita dicendum eſt, Penſiones remanere extinctas, ſi ipſæ exigantur ante expeditionem Litterarum, quia eſt eadem ratio de exactione fructuum beneficiorum, ac de exactione Penſionum; ipſæ enim Penſiones ſunt iidem fructus. Covaruvias *lib. 1. Var. Reſol. cap. 15. num. 10. & ſeqq.* Tiraquell. *de Retract. lib. 2. §. 5. gloſs. 3.* & in utriſque, dum gratia retentionis conceditur, nova Litterarum expeditio eſt de forma ejuſdem gratiæ, quæ utique invalidatur non ſervatâ formâ, ſub quâ eſt conceſſa. *l. Cum hi. §. Si Prætor. ff. de Tranſact.* Valenzuol. *conſ. 3. num. 18. & 19. lib. 1.* & Rota *part. 6. recent. deciſ. 143. num. 4.* Pro validitate Penſionis exactæ, etiam Litteris ſuper gratia retentionis non expeditis, valdè urget Deciſio Rotæ in *Cæſarauguſtana Penſionis 17. Martii 1653.* coram Peutingero, impreſſa poſt Tondut *de Penſionib. Deciſ. 17.* ſed præter exceptionem contra eam datam *num. 37.* quod ſcilicèt non eſt in terminis Promotionis ad Cathedralem; & plures ſunt diverſitates circumſtantiarum inter illam, & hanc Diſcordiam, ex quibus diverſum jus oritur; ulteriùs propulſatur dicta Deciſio
45 ex eo, quod ipſa non facit jus. Fagnanus *in cap. Cum veniſſent. num. 31.* ubi DD. *de Judiciis tom. 3.* & ideò, quamvis ex Rotæ deciſionibus reſultet opinio probabilis, ut ait Fagnanus *ibid.* nullus Judex tenetur eas ſequi, neque ſecundum illas judicare. Maſcard. *de Probat. concluſ. 485. num. 9.* Mangill. *de Im-*
46 *putat. quæſt. 116. num. 29.* & alii, quos allegat, & ſequitur Emin. Card. Albitius in ſuo tractatu *de Inconſtantia in Judic. quæſt. 37. num. 451.* Idcircò in præſenti Diſcordia non videtur ſequenda prædicta Deciſio coram Peutingero; maximè attentis Deciſionibus contrariis coram Card. Mantica, & coram Card. Millino citatis ſupra *num. 14.* quibus potiùs in judicando eſſet inhærendum, ea potiſſimùm ratione, quod gratia retentionis Penſionis facta per Papam promoto ad Epiſcopatum eſt nova gratia; & eam Papa valere non

vult

Digitized by Google

47 vult, niſi Litteræ expediantur ſuper illa. Ergo eadem nullitas Penſionis oritur, ſi Litteris non expeditis exigatur Penſio conceſſa ex gratia retentionis, quæ incurritur in exigenda Penſione motu proprio ab initio reſervata abſque expeditione Litterarum.

DISCORDIA VIII.

ARGUMENTUM.

Agitur de Translatione Penſionis. Quid ipſa ſit? Et quot modis transferatur? Oſtenditur, quando Clericus penſionarius non incedens in habitu, & tonſura Clericali amittat ipſo facto Penſionem? Diſputatur, Utrùm translatis duabus Penſionibus ſuper duabus diverſis expreſſis Eccleſiis, ſi tertia alia Penſio illicò transferatur, nullâ expreſsâ Eccleſiâ, ſupra cujus fructibus ſit exigenda, hæc tertia Translatio ſit nulla? Pro nullitate concluſum fuit pluribus juridicis rationibus hîc relatis de rigore Juſtitiæ: ſed eam Eminentiſſimus Gregorius Cardinalis Barbadicus Epiſcopus Patavinus ſolvere voluit ex fervore charitatis, cujus erga pauperes amplitudinem Auctor ipſe atteſtatur.

SUMMARIUM.

1 *Joannis Baptiſtæ Coccini Decani S. Rotæ Romanæ laudes.*
2 *Translationes trium Penſionum ab eodem factæ paulò ante ſuam mortem.*
3 *Conclave ob mortem Alexandri VII. Anno 1667.*
4 *Translationes Penſionum in Statu Veneto, & in Gallia non ſunt in uſu.*
5 *Penſionis Eccleſiaſticæ definitio; & definitionis explicatio.*
6 *Incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem*, & num. 24.
7 *Incertum eſt, quod generaliter dicitur, & in ſpecie non declaratur.*
8 *Illegitimi Clerici non ſunt Penſionum capaces.*
9 *Illegitimi ut obtineant Penſiones, an ſufficiat ſolius Epiſcopi diſpenſatio?*
10 *Papa difficilis eſt in concedendis Indultis pro translatione Penſionum.*
11 *Translatio Penſionum an inferat gravamen novum Eccleſiis?*
12 *Translationis Penſionum materia odioſiſſima.*
13 *Translatio Penſionis quid ſit? Et quot modis fiat?*
14 *Titularis conſenſus non requiritur in Translatione Penſionis.*
15 *Indultum transferendi Penſionem exhibendum eſt ei, coram quo fit Translatio.*
16 *Indulta transferendi Penſiones alia generalia, alia particularia.*
17 *Translatio Penſionis ſi fiat in teſtamento, an Transferens debeat ſupervivere 20. dies?*
18 *Penſionarius Clericus an teneatur incedere in habitu, & tonſura Clericali?*
19 *Penſio Scutorum 100. extincta ob non delatum habitum, & tonſuram Clericalem.*
20 *Barboſæ doctrina de dicta extinctione.*
21 *Rota coram Merlino de extinctione prædicta.*
22 *Ducatus aureus de Camera quot Julios faciat?*
23 *Translatio Penſionis, non expreſſâ Eccleſiâ ex cujus fructibus ſit exigenda, an ſit valida?* & num. 29.
25 *Diſpoſitiones incertæ ſunt nullæ.*
26 *Incertum, & nullum æquiparantur.*
27 *Expreſſio Eccleſiæ, ſuper qua imponitur Penſio, eſt de forma, ac ſubſtantia Penſionis.*
28 *Forma ſtare non poteſt ſine materia.*
30 *Contractus eſt nullus, in quo res incerta datur.*
31 *Uni ex pluribus ſervis ſi relicta ſit libertas, & nullius nomen ſit expreſſum, nullus ſit liber.*
32 *Actus plures in eodem Inſtrumento celebrati non ex hoc dicuntur connexi, & correlativi.*
33 *Incertum dicitur, quod multipliciter declarari poteſt.*
34 *Præſupponi non debet id, de quo diſputatur.*
35 *Interpretatio in dubijs quomodo, & ad cujus favorem ſit facienda?*
36 *Gregorii Cardinalis Barbadici eximia charitas, ac liberalitas in pauperes.*

EOdem Anno 1637. quo per Urbanum VIII. de Epiſcopatu Vicentino translatus fuit ad Patavinum Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Lucas Archiepiſcopus Stella, ut in præcedenti Diſcordia narratum eſt, ſuper ipſo Epiſcopatu Paduæ, ac ejus Menſa fuit reſervata Penſio Scutorum ſeptingentorum monetæ Romanæ ad favorem Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Joannis Baptiſtæ Coccini, Rotæ Romanæ Auditoris,
1 & omnium Auditorum Decani. Fuit ipſe Joannes Baptiſta Coccinus Venetus Civis, in utroque Jure celeberrimus Doctor, cujus nomen tot ſideribus fulget, quot ejus ſunt Deciſiones impreſſæ, inter doctiores doctiſſimæ, & inter magis elaboratas elaboratiſſimæ. Aſſumptus fuit ad Auditoratum Rotæ, tanquàm nominatus à Sereniſſimo Venetiarum Dominio, *die* 13. *Martii* 1600. obtinuit Signaturam per conceſſum *die* 11. *Septembris* 1606. atque Regentiam Sacræ Pœnitentiariæ *die* 13. *Septembris* 1611. Decanus autem Sacræ Rotæ factus eſt *die* 21. *Auguſti* 1612. in cujus Tribunali ſtrenuè inſudavit per annos integros quadraginta, tantâ virtutis ſuæ exiſtimatione, prudentiæ, ac integritatis Laude, ut omnes ad Sacram Cardinalitiam Purpuram citò elevandum crederent; imò Cardinalem nigri galeri ipſum vocitarent. Illum tamen expectabant præmia æterna, ad quæ tranſivit *die* 13. *Januarii* 1641. facta priùs, ideſt *die* 7. ejuſdem Menſis, & Anni triplici translatione Penſionum tribus Clericis ſuis familiaribus, in actis Domini Franciſci Viperæ Publici Notarii Romani, ſub his præciſis verbis:

In Chriſti Nomine Amen. Anno ab ejus Salutifera Nativitate 1641. die Septima Januarii. Romæ &c.
2 *Conſtitutus in præſentia mei publici Notarii, ac teſtium infraſcriptorum &c. Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Joannes Baptiſta Coccinus Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, & Decanus &c. Vigore Indulti ſibi heſterna die à Sanctiſſimo D. N. D. Urbano VIII. benignè conceſſi, infra regiſtrati &c. ceſſit, tranſtulit, ac tranſmiſit ſequentes Penſiones in majori ſumma per ſe poſſeſſas in perſonas, ac in favorem infraſcriptarum perſonarum, Videlicèt:*

Perilluſtri, ac admodum Excellenti Domino Franciſco Gualengo Clerico Mutinen. & in Romana Curia cauſarum Advocato, Scuta 200. monetæ Romanæ; nempè Scuta 150. ſuper fructibus Canonicatus Eccleſiæ Bergomen. & alia Scuta 50. monetæ ſuper Eccleſiæ Cathedralis Patavinæ fructibus.

Illuſtri Domino Petro Piccino Clerico Romano, filio Illuſtris Dom. Hieronymi Piccini Scuta centum monetæ ſimilia ſuper nominatæ Cathedralis Eccleſiæ Patavinæ fructibus.

Et denique Illuſtri Domino Paulo Piccino filio d. D. Hieronymi, & germano Fratri prædicti D Petri pariter Clerico Romano, Scuta quinquaginta monetæ; eis, quoad vixerint reſpectivè, vel eorum reſpectivè Procuratoribus per illorum canonicos debitores, aut quemlibet eorum in eiſdem Eccleſiis reſpectivè Succeſſores annis ſingulis &c. integrè perſolven.

Has Penſiones ſic translatas in favorem Franciſci Gualengi, ac Petri, & Pauli fratrum de Picinis Menſa Epiſcopalis Paduæ nunquam perſolvit, quia de ipſis nulla extat memoria, vel notitia in Libris Factoriæ ab anno

Digitized by Google

ab anno 1641. uſque ad annum 1667. Hoc anno Emi-
nentiſſimus ac Reverendiſſimus S. M. Gregorius
3 Cardinalis Barbadicus Epiſcopus Patavinus Romam
petiit ad Conclave ob electionem novi Pontificis, at-
tento obitu Alexandri VII. de menſe Majo hujuſmet
anni ſequuto. Diſſoluto Conclavi per electionem Cle-
mentis Papæ Noni comparuerunt coram Eminentia
ſua prædicti duo Fratres germani Piccini, reverenter
petentes ſolutionem antedictarum Penſionum in eo-
rum perſonas tranſlatarum, cum exhibitione authen-
tici tranſumpti tùm prædictarum tranſlationum, tùm
Indulti Pontificii, cujus vigore ab ipſo quondam Illu-
ſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Coccino fuerant factæ;
tùm etiam primæ Tonſuræ per eos obtentæ *die 6. Ja-
nuarii* 1641. Obſtupuit Eminentiſſimus Herus ad
hanc improviſam inſtantiam; & eoſdem germanos
Fratres Piccinos interrogavit, cur has Penſiones jam
annis 26. tranſlatas ab Epiſcopatu Paduæ non exege-
rint? At illi dixerunt, ab Agentibus Prædeceſſorum
4 Epiſcoporum fuiſſe repulſos, ex eo quod in Statu Ve-
neto tranſlationes Penſionum non ſint uſu receptæ;
prout neque in Regno Franciæ, ut teſtantur Gigas
Advocatus Venetus *conſ.* 145. *num.* 3. & Tondut *de
Penſion. cap.* 27. *num.* 15. ſed ab Eminentia Sua, Car-
dinali integerrimo, ſperabant exaudiri. Eminentiſſi-
mus Præſul injunxit mihi tanquam Auditori ſuo, ut
documenta eorundem Piccinorum fratrum examina-
rem, ac referrem, An in puncto Juris, & in ſenſu
veritatis, atque Juſtitiæ Eminentia Sua eſſet obligata
prædictas tranſlatas Penſiones ſolvere? Vidi chartas,
quas ſecum habebant, & eorum perſonas attentè ob-
ſervavi; uterque enim erat ſine Clericali habitu, ac
tonſura; quippè mihi ingenuè faſſi ſunt, ſemper in
habitu Laico, & comatos incedere; ac in Regno
Neapolis cujuſdam Principis Laici negotia gerere, Fa-
ctoreſque ſalariatos exiſtere.

Itaque Eminentiſſimo Hero meo reſpondi, utram-
que Penſionem eſſe nullam, neque ad eas ſolvendas
Eminentiam ſuam de Jure teneri, ex cauſis, & ratio-
nibus infrà dicendis, pro quarum clariori intelligen-
tia, tria veniunt præmittenda, ac obſervanda.

Primum Præmiſſum eſt; quod *Penſio Eccleſiaſtica
eſt annua præſtatio à Superiore ſuper certo beneficio im-
poſita ex ejus proventibus Clerico legitimo, vel alteri ex
5 diſpenſatione ſolvenda, prævia reſervatione, vel tranſ-
latione, ejuſdem Superioris auctoritate facta*. Gigas de
Penſionib. quæſt. 1. Gambar. *de Offic. & Pot. Lega-
ti lib.* 6. *tit. de Penſionib. num.* 6. Loterius de *Re be-
nefic. lib.* 1. *q.* 35. *num.* 11. & Ridolphin. *in Praxi Ju-
dic. part.* 2 *cap.* 9. *num.* 47. Dicitur *Annua præſta-
tio*; quia de natura Penſionis Eccleſiaſticæ eſt, ut
annuatim ſolvatur; & tot ſint ſolutiones, quot fru-
ctuum recollectæ. Tondut *de Penſion. cap.* 20. *num.* 9.
Noalis *conſ.* 12. *num.* 5. Emin. Card. de Luca *de Pen-
ſion. diſc.* 79. *num.* 2. & 3. & alii, quos congeſſi *ſupr.
Diſcord. IV. num.* 12. Dicitur impoſita *à Superiore*,
nempè vel à Papa, vel ab Epiſcopo ob unam ex quin-
que cauſis relatis *Diſcord. I. num.* 15. Dicitur *Super
certo beneficio*; quia ſi imponeretur ſuper dubio, vel
incerto, Penſio eſſet nulla; ex regula quod incertitudo
6 vitiat omnem diſpoſitionem. *l. Cum ex pluribus. ff.
de Manumiſſ. teſtam.* Card. Mantica *de Tacit. & ambig.
lib.* 23. *tit.* 10. *num.* 37. Incertum eſt autem, quod gene-
raliter dicitur, & in ſpecie non declaratur. *l. Ita fi-
7 dei. ff. de Jure fiſci. l. Ita ſtipulatus. ff. De Verb. obligat.*
Idem Card. Mantica *lib.* 12. *tit.* 12 *num.* 1. Dicitur in
definitione *Ex beneficii proventibus ſolvenda*; quia Pen-
ſio eſt onus reale inhærens iiſdem fructibus. DD.
apud Gigant. *de Penſ. quæſt.* 39. *num.* 1. Rota *part.* 2.
recent. deciſ. 508. *num.* 3. & *part* 3. *recent. deciſ.* 77.
num. 1. Dicitur *Clerico*; quia hodiè Laicis Penſiones
reſervari non poſſunt, niſi de ſuprema poteſtate Sum-
mi Pontificis. Garzias *de Benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.*
15. & 16. Emin. Card. de Luca *in Summa de Penſio-
nib. num.* 5. & 6. & alii relati in *anted. Diſcord. I. num.*
25. Dicitur *Legitimo, vel alteri ex diſpenſatione*; quia
8 Clerici illegitimi ſunt incapaces Penſionum. Gigas
de Penſion. quæſt. 16. *num.* 3. Navarrus *conſ.* 63. *num* 5.
de Simon. Diſpenſati tamen ad primam Tonſuram ab
Epiſcopo evadunt habiles ad obtinendam Penſionem.
Rota coram Merlino *deciſ.* 278. *num.* 2. ubi aliæ plù-
rimæ; quamvis hanc habilitatem ſufficere pro haben-
9 da Penſione reſervata ab Epiſcopo tantùm: ſi autem
à Papa reſervetur Penſio Clerico illegitimo, eſſe ne-
ceſſariam ipſius Papæ diſpenſationem aſtruat Amy-
den. *de Stylo Datar. cap.* 16. *num.* 14. Tandem dicitur
*Prævia reſervatione, vel tranſlatione, ejuſdem Superio-
ris auctoritate facta*. Quia non ſunt alii modi obtinen-
di Eccleſiaſticas Penſiones, niſi ipſæ vel reſerventur
à Superiore alicui Clerico; vel de uno Clerico, eas ſibi
reſervatas habente, transferantur in alium Clericum,
de licentia tamen, ac conceſſione Papæ; quem qui-
10 dem eſſe difficilem in hac facultate concedenda teſta-
tur idem Amyden. *de Stylo Datar. cap.* 30. *num.* 28. &
jure optimo, nam etſi Merlinus *deciſ.* 243. *num.* 13. ex
Creſcentio *deciſ.* 1. *De Reb. Eccleſ. non alien.* & aliis
dicat, tranſlationem Penſionis non eſſe notabile gra-
vamen, quia Tranſlatarii juniores frequenter præ-
moriuntur Transferentibus ſenioribus, experientia
11 docet, gravamen eſſe graviſſimum, prorogans ſolu-
tionem per annos plurimos poſt mortem Transferen-
tis; ideò concorditer dicunt DD. & fatetur ipſa Rota
Romana, quod materia Tranſlationis Penſionum eſt
12 odioſiſſima; ut videre eſt *part.* 4. *recent. deciſ.* 485.
num. 4. *tom.* 1. nec non *tom.* 2. *ead. part.* 4. *deciſ.* 401. ac
etiam *part.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 126. *num.* 3. & 4.

Secundum Præmiſſum concernit modos, quibus
Penſiones poſſunt transferri. Igitur Penſionis tranſ-
latio, quæ eſt ejus tranſportatio de perſona in perſo-
13 nam. Pariſius *de Reſignat. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 4. Rota
part. 5. *recent. deciſ.* 34. *num* 42. & *part.* 6. *deciſ.* 38. *num.*
22. tripliciter fieri ſolet. Primò per Breve Apoſtoli-
cum, quando Penſionarius ſupplicat Pontificem, ut
Penſionem, quam ipſe poſſidet, dignetur in alium
ſibi conjunctum ſanguine, vel amicitiâ transferre;
cui Papa gratiam hanc facere volens, dat ei Litteras
Apoſtolicas continentes petitam Tranſlationem; &
in hoc caſu nullus conſenſus requiritur Titularis, ut
14 ait Rota *in Lucana Penſionis* 17. *Februarii* 1592. co-
ram Orano, inſerta apud Zacchiam *de Oblig. Camer.
deciſ.* 138. ſed ſatis eſt, eaſdem Litteras ei notificare,
& ab eo ſolutionem Tranſlatæ Penſionis exigere.
Tondut *de Penſion. cap.* 28. *num.* 9. Secundo modo fit
coram perſona in Eccleſiaſtica Dignitate conſtituta,
vel coram Publico Notario, & Teſtibus vigore Indul-
ti per Papam conceſſi Penſionario, transferre Penſio-
15 nem in aliam perſonam ſibi benevolam volenti; &
in hoc caſu exhibendum eſt Indultum, & juxtà ejus
tenorem formandum eſt publicum Inſtrumentum.
Tondut *d. cap.* 28. *num.* 12. Amyden. *de Stylo Datar.
cap.* 16. *num.* 10. Rota *part* 4. *diverſ. deciſ.* 689. & co-
ram Merlino *d. deciſ.* 278. ex quibus deſumitur, quod
prædicta Indulta Pontificia alia ſunt generalia, tan-
quam conceſſa alicui Ordini, vel Officio, nempè Mi-
litibus S. Petri, vel Lauretanis, ac ſimilibus, ſivè
16 aliis perſonis Privilegiatis, quales ſunt omnes Con-
claviſtæ: & alia ſunt particularia, quæ huic, vel al-
teri perſonæ ex ſpeciali gratia conceduntur à Papa;
& tale erat Indultum, quo tranſlatæ fuerunt Penſio-
nes ab eodem Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo S. Ro-
tæ Romanæ Decano Coccino; ſiquidem fuerat ei
conceſſum ab Urbano VIII. *die* 6. *Januarii* 1641. &
die ſequenti factæ fuerunt Tranſlationes. Tertio mo-
do fit Penſionis Tranſlatio per viam ultimæ volun-
tatis, ideſt in Teſtamento ipſius Penſionarii transfe-
rentis, quando ejus Indultum dat ipſi etiam hanc fa-
cultatem. Tondut *d. cap.* 28. *num.* 13. & ibi Pariſius
d. lib. 6. *de Reſignat. tit* 4. *num.* 35. qui hanc obſervatio-
17 nem notatu dignam faciunt, quod ſcilicèt in hoc ca-
ſu non eſt neceſſe, ut Penſionarius Teſtator poſt fa-

ctam

Digitized by Google

ctam Penſionis tranſlationem ſupervivat ultrà viginti dies; quia etſi intrà illos moriatur, non attenditur Regula 19. *Cancell. Apoſt. De Infirmis Reſignantibus*; quæ loquitur, & ſervatur tantummodò in reſignatione beneficiorum; non etiam in tranſlatione Penſionum, in quibus ſatis eſt, ut ipſe Teſtator ſit ſanæ mentis, quamvis proximus morti. Rota coram Coccino *deciſ.* 455. eadem Rota *part.* 18. *recent. deciſ.* 188. *num.* 15. & *ſeqq. tom.* 1.

Tertium Præmiſſum eſt, quod Tranſlatarius ut ſit capax Penſionis tranſlatæ, non ſolùm debet eſſe Clericus, ſaltem primâ Tonſurâ inſignitus; ſed ulteriùs, quando Penſio excedit valorem Ducatorum ſe-
18 xaginta Auri de Camera, tenetur ſemper incedere in habitu, & Tonſura Clericali. Marta *de Juriſdict. part.* 2. *cap.* 32. *num.* 45. Tondut *de Penſionib. cap.* 33. *num.* 20. Emin. Card. de Luca *eod. tract. diſc.* 48. *num.* 7. aliàs ipſo facto, & abſque alia declaratione Penſio annullatur, & extinguitur. Rota coram Merlino *deciſ.* 382. ubi aliæ Deciſiones allegantur, innixæ Conſtitutioni 92. Sixti V. incipien. *Paſtoralis &c.* ſub *Dat.* 31. *Januarii* 1589. in qua declarando præcedentem ſuam Conſtitutionem de Clericali habitu, ac Tonſura jugiter per omnes Clericos, habentes beneficia Eccleſiaſtica, vel Penſiones deferendis, eam moderatus fuit, ut quoad Penſiones non obliget, niſi ſummam Ducatorum 60. Auri de Camera excedant.

His ita præmiſſis, ac prænotatis, deveniendo ad meum Reſponſum ſuper validitate Penſionum tranſlatarum in Fratres germanos Petrum, & Paulum de Piccinis, dixi illam Scutorum centum monetæ Romanæ in perſonam Petri tranſlatam jam eſſe extinctam,
19 & annullatam, eo quia per annos 26. continuos, ut ipſe fatebatur, non inceſſerat in habitu, & Tonſura Clericali; ſed tanquam Laicus capillaturam ſemper portavit, & veſtibus Laicalibus eſt uſus. Fundatur hoc Reſponſum in Auctoritatibus, Doctoribus, ac Deciſionibus Rotalibus, allegatis per Barboſam *de Jure Eccleſ. Univ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 49. ubi ita ſcribit: *Sicut non incedentes in habitu Clericali, & Tonſura, ipſo facto privati ſunt Eccleſiaſticis beneficiis,*
20 *ut ſtatuit Sixtus V. in ſua Conſtit. Incipien.* Cum Sacroſanctam &c. *ſub die* 5. *Januarii* 1586. *cujus memini de Offic. & Pot. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 9. *num.* 12. *Ita* (*notetur*) *obtinens Penſionem tanquam Clericus, ſi incedat in habitu Sæculari, Penſio ipſo jure remanet extincta, abſque alia citatione, &c. Judicis decreto, ut ſunt verba clara d. Conſtitutionis Sixti V. & tradunt* Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *in princ. & num.* 56. Nicol. Garzias *de Benefic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 18. Rota *deciſ.* 158. *num.* 16. *part.* 1. *recent. & latè fuit dictum in Cæſarauguſtana Penſionis* 3. *Junii* 1622. *coram R. P. D. meo* Coccino *Decano*; & *in Elboren. Penſionis* 7. *Junii* 1627. *coram R. P. D.* Ubaldo. *&c. in eadem* 20. *Decembris* 1628. *coram R. P. D.* Merlino. *Requiritur tamen, quod ſpatio tanti temporis in habitu Sæculari inceſſerit, ut communi opinione reputaretur Laicus.* Farinacius *in Praxi crimin. part.* 1. *q.* 8. *num.* 68. Ricciull. *de Jure perſonarum lib.* 7. *cap. ult. num.* 17. Ita Barboſa: & aliis Rotæ Deciſionibus omiſſis, Magiſtralis eſt illa Merlini, quæ inter ejus impreſſas eſt *Deciſ.* 382. ubi *ſub num.* 1. ita dicit:

Juſtitia (ſ. Sententiæ contra Penſionarium emanatæ) *viſa fuit ſatis clara, quia cum Franciſcus de Mello ab Anno* 1602. *poſtea uſque ad annum* 1611. *inceſſerit in habitu Sæculari, &c. Laicali; dimiſſâ, ac deſer-*
21 *ta Clericali Tonſura, Penſio ipſo jure remanſit extincta abſque alia citatione, aut Judicis decreto, juxtà diſpoſitionem Conſtitutionis Sixti V. & tradit Gonzal. &c. Garz. allegati in deciſ. ſub die* 7. *Junii* 27. *coram R. P. D. meo Ubaldo in hac cauſa emanata; & fuit dictum in illa Cæſarauguſtana Penſionis* 3. *Junii* 1622. *coram Reverendiſſimo D. meo Decano; atque in terminis d. Bullæ Sixti V. notat Vivaldus in calce Candelabri aurei. Inceſſus autem Franciſci in Sæculari habitu probatur ex teſtibus, qui deponunt eum in militaribus claſſibus, pallio, &c. enſe præcinctum inſervîſſe abſque delatione habitus Clericalis &c. undè ſequitur juſtè per ſententiam fuiſſe pronunciatum, Dominum Archiepiſcopum non teneri ampliùs ad ſolutionem d. Penſionis jam extinctæ.*

Quod Petrus Piccinus Tranſlatarius, de quo ſuprà, ſemper inceſſerit abſque Tonſura, & habitu Clericali, manifeſtè conſtabat, idque ipſe Ingenuè concedebat; ejus autem Penſionem excedere ſummam Ducatorum 60. Auri, non poterat controverti; quia eſtò quod Ducatus aureus conſiſtat ex Juliis ſexdecim
22 juxtà opinionem Pyrrhi Corradi *in Praxi Benefic. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 10. Ducati aurei 60. faciunt ſummam Juliorum 960. Penſio autem ipſius Petri Piccini erat Scutorum monetæ Romanæ centum, quæ aſcendunt ad Julios mille. Quare ex manifeſta ratione tùm in jure, tùm in facto cognovit idem Petrus, non eſſe juſtam inſtantiam ſuam, & ab ea ſponté declinavit.

Non ita fecit Paulus Piccinus, qui etſi incederet ſine habitu, & Tonſura Clericali, cum ejus Penſio eſſet Scutorum 50. & non attingeret ſummam Ducatorum Auri 60. inſiſtebat ſuper ſolutione ejuſdem; quam tamen eſſe nullam ego dicebam ob incertitudi-
23 nem Eccleſiæ, ſuper cujus fructibus fuerat tranſlata; quandoquidem Illuſtriſs. ac Reverendiſſimus Coccinus tres fecit tranſlationes Penſionum dicta *die* 7. *Januarii* 1641. in actis Domini Viperæ Publici Notarii Romani. *Unam* Scutorum 200. ad favorem Domini Franciſci Gualengi ideſt Scutorum 150. ſuper fructibus Canonicatus Eccleſiæ Bergomen. & Scut. 50. ſuper fructibus Cathedralis Patavinæ. *Alteram* in favorem Petri Piccini Scutorum 100. ſuper fructibus ejuſdem Cathedralis. *Tertiam* in favorem Pauli Piccini Scutorum 50. abſque expreſſione Eccleſiæ, aut beneficii, ſuper cujus fructibus eſſet ſolvenda. Verba hujus tertiæ tranſlationis, etiam *ſupra num.* 2. relata, ſunt iſta: *Et denique Illuſtri Dom. Paulo Piccino filio d. Dom. Hieronymi, & germano fratri prædicti Dom. Petri pariter Clerico Romano Scuta* 50. *monetæ. Eis, quoad vixerint reſpectivè, vel eorum reſpectivè Procuratoribus per illorum canonicos debitores, aut quemlibet eorum in eiſdem Eccleſiis reſpectivè Succeſſores annis ſingulis integrè perſolven. &c.* Incertum eſt ex his verbis, an Penſio ſit tranſlata ſuper fructibus Canonicatus Eccleſiæ Bergomen. vel ſuper fructibus Cathedralis Patavinæ, quia neutra harum Eccleſiarum fuit expreſſa: ideò dicebam, Penſionis tranſlationem ex hac incertitudine Eccleſiæ, ex cujus fructibus eſſet ſolvenda, fuiſſe nullam.

Primò quia, ut dictum eſt *ſupr. num.* 6. incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem. *l. Contractus.* & ibi Bald. *num.* 11. *C. De Fide Inſtrum.* ubi habetur, quod
24 quotieſcunque negotium non eſt perfectum, ſivè caſu, ſivè culpa accidat, ut perfici nequeat, actus remanet omninò nullus. Sed hîc tranſlatio remanſit imperfecta ob non expreſſam Eccleſiam, ſuper cujus fructibus Penſio foret exigenda. Ergo actus ille tranſlationis ob incertitudinem fuit invalidus, & nullus. Mareſcott. *Var. reſol. lib.* 1. *cap.* 82. *num.* 12. Gratian. *Diſcept. Forenſ. cap.* 923. *num.* 3. & *num.* 15. & 16. quo loci dicit, quod *ideò non eſt æquum, ut pars ſe poſſit fundare in tranſlatione, quæ non eſt certa, ſed invalida, quæ nullum effectum debet operari. l.* 4. *§. condemnatum. ff. de Re judic.* Surdus *deciſ.* 239. *num.* 14. Roland. *conſ.* 49. *num.* 29. *lib.* 4. *Et paria ſunt, quod Tranſlatio non ſit facta, vel nulliter geſta. l. Non putavit. §. Non quævis. ff. de Bonor. poſſ. contr. tabul.* Bald. *in l.* 1. *§. Quod autem. ff. de Offic. Præf. Urb.* Surdus *conſ.* 3. *num.* 9. *cum ſeqq. &c. deciſ.* 51. *num.* 14. Hæc Gratianus ibidem, qui licèt loquatur de Tranſlatione lucri ex ſocietate provenientis, benè adaptatur ejus Doctrina præſenti diſcordiæ ob incertitudinem, ex qua proveniebat ipſa Tranſlatio, ut repetit idem Gratian. *cap.* 1000. *num.* 19. ſunt enim concordes
25 omnes Doctores in hac concluſione Legali, quod omnes

nes diſpoſitiones incertæ ſunt nullæ. *l. Paulus. ff. de
Rebus dub. l. Cum ex pluribus. ff. de Manumiſſ. teſtam.*
Emin. Card. Mantica *de Tacit. & Ambig. lib.* 12. *tit.*
12. *num.* 1. ubi quod incertum dicitur id, quod gene-
raliter exprimitur; & *lib.* 23. *tit.* 10. *num.* 37. & in-
certum, & nullum æquiparentur. *l. Duo ſunt Titii.*
26 *ff. de Teſtam. tutela*, ubi Paulus J. C. ſic loquitur.
*Duo ſunt Titii Pater, & Filius. Datus eſt tutor Titius,
nec apparet, de quo ſenſit Teſtator. Quæro, quid ju-
ris ſit? Reſpondi is datus eſt, quem dare ſe Teſtator
ſenſit. Si id non apparet, non jus deficit, ſed proba-
tio. Igitur neuter eſt Tutor.* Ita in caſu noſtro Penſio-
narius transfert unam Penſionem ſuper Canonicatu
Bergomen. alteram ſuper Cathedrali Patavina; ter-
tiam abſque expreſſione Eccleſiæ; & ſic non apparet,
an ſenſerit de prima, vel de ſecunda Eccleſia. Ergo
neutra ad hanc Penſionem eſt obligata.

Secundò tantò magis quia expreſſio Eccleſiæ, ſuper
cujus fructibus imponitur Penſio, eſt de forma, atque
ſubſtantia ejuſdem Penſionis, nam imponitur ſuper
27 fructibus. Roman. *conſ.* 88. *num.* 2. Gigas *de Penſion.
quæſt.* 39. *num.* 1. Rota *part.* 2. *recent. deciſ.* 508. *num.* 4.
Ergo eſt exprimenda Eccleſia, cujus fructus oneran-
tur tali Penſione, tanquam materia, cui adiicitur hæc
forma; & ſubjectum, in quo debet conſiſtere: nam
etiam ſecundum Philoſophos forma ſtare non poteſt
abſque præſuppoſito ſubjecto, ſeu materia. Maſtrius
28 *de Generat. & Corrupt. diſp.* 5. *num.* 15. Porrò quando
omittuntur ea, quæ ſunt de forma, actus eſt omninò
nullus. *l. Julianus. §. Si quis. ff. Ad exhibend.* ipſaque
forma debet adimpleri præcisè, & non per æquipol-
lens. *l.* 1. *§. Opus novum. ff. De Novi oper. nunciat. cap.
Dilecta. De Reſcript.* Gloſſa in *Clem.* 1. *in Verb. Ter-
tiò. De Vita, & boneſt. Clericor.* Quapropter cum non
ſit deſignata Eccleſia, ex cujus fructibus iſta tertia
29 Penſio Scutorum 50. ſit ſolvenda; ipſa dicitur nulla;
nuncupatur enim Penſio, quia pendet à fructibus Ec-
cleſiæ; & cum hæc ſit incerta, illa eſt invalida; nam
incertitudo verſatur circa formam, & ſubſtantiam
contractus, quæ ſemper vitiat, & annullat actum.
Gratian. *Diſcept. For. cap.* 715. *num.* 7. & 8. *cap.* 736.
num. 61. & *cap.* 742. *ubi DD.* cumulat.

Tertiò id confirmatur à ſimili in contractibus, in
quibus uni ex contrahentibus aſſignatur aliqua res,
putà fundus, vel domus, quæ ſit incerta; tunc enim
ratione incertitudinis rei, contractus eſt nullus; &
30 aſſignatarius nullum dominium acquirit. Rota coram
Buratto *deciſ.* 220. *num.* 6. ubi DD. Item coram Card.
Cavalerio *deciſ.* 391. *num.* 2. & *part.* 16. *recent. deciſ.*
320. *num.* 3. 7. & 8. ubi agit de portione domus aſſi-
gnata ſine expreſſione in quo latere eſſet deducenda
dicta portio; undè ob incertitudinem illa aſſignatio
fuit reputata nullius roboris, & penitùs invalida.
Ergo idem eſt dicendum in caſu hujus tertiæ Penſio-
nis, in qua cum non fuerit expreſſum ſuper qua Ec-
cleſia ipſa ſit translata, ob talem incertitudinem tranſ-
latio fuit nulla. Tondut *de Penſion. cap.* 29. *num.* 26.
ubi ſic: *Siquidem quando diſpoſitio referens eſt incer-
ta, & indeterminata, neque apparet de diſpoſitione re-
lata, illa tunc inutilis eſt*, ex Bart. Peregrin. & aliis
DD. ibi citatis.

Quartò conſiderabam textum *in l. Si quis de pluri-
bus.* 28. *ff. de Rebus dub.* ubi ſic ait Juriſconſultus:
*Si quis de pluribus ſervis unum manumitti voluerit,
niſi appareat de quo manumittendo Teſtator ſenſerit,*
31 *nulli eorum fideicommiſſaria competit libertas.* Hoc
idem procedit in caſu noſtro, in quo cum Penſionarius
haberet plures Penſiones tùm ſuper Canonicatu Ber-
gomen. tùm ſuper Cathedrali Patavina; & forſan,
imò abſque dubio, ſuper aliis beneficiis, & tranſtu-
lerit unam ex his Penſionibus in perſonam Pauli
Piccini, ſed non expreſſerit, de qua Penſione R. P.
D. Coccinus ſenſerit, & ſuper qua Eccleſia eſſet re-
ſervata; ob hanc incertitudinem, translatio ipſa re-
manſit nullitati ſubjecta.

Quintò nec videbatur ratio ſufficiens illa, quam ad-
ducebat ipſe Paulus Transiatarius, quod Penſio ſibi
conceſſa erat unico, & eodem actu, quo Fratri ſuo
32 Petro fuerat aſſignata ſuper Cathedrali Patavina;
undè ex tali unicitate actus, & connexarum Trans-
lationum præſumendum ſit, quod etiam hæc Penſio
Scutor. 50. fuerit ſuper eadem Eccleſia Patavina.
Quia reſpondebam hujuſmodi translationem Penſio-
nis, etſi factam eodem actu, ac Inſtrumento, nullam
habere relationem, vel connexionem cum antecedenti;
ſed exiſtere de per ſe diſtinctam, ac ſeparatam: id-
circò cum antea Transferens nominaverit duas Ec-
cleſias, ſuper quibus reſervatæ erant duæ primæ Pen-
ſiones per eum translatæ; remanet dubium, & in-
certum de qua Eccleſia intellexerit in hac tertia trans-
latione; & nihil urget ut potiùs præſumatur de Cate-
drali Patavina, quàm de Canonicatu Bergomen. &
æqualiter de utroque poteſt dubitari, & ex hoc reſul-
33 tat incertitudo, quæ vitiat hanc translationem; in-
certum enim dicitur, quod multipliciter declarari po-
teſt. Rota *part.* 1. *recent. deciſ.* 116. *num.* 4. *& ſeqq.*
nec ſufficit præſumptio, quia præſupponi non debet
34 id, de quo diſputatur. Card. Mantica *de Tacit. &
ambig. lib.* 8. *tit.* 20. *num.* 21. & nihil relevat præſum-
ptio, quæ in ſolo poſſibili fundatur. *cap. In præſentia.
de Probat.* Rota *part.* 4. *recent. deciſ.* 616. *num* 6. *tom.* 3.

Sextò tandem nec ſuffragabatur eidem Paulo Tranſ-
latario, quod in dubiis Interpretatio eſt facienda pro
actus validitate; quia id procedit, ubi non agitur de
35 præjudicio alteriùs: imò in dubiis interpretatio eſt
potiùs facienda ad favorem ejus, qui tractat de dam-
no evitando; quàm ad favorem illius, qui agit de ca-
ptando lucro, qualis erat talis Translatarius. Gra-
tian. *Diſcept. for. cap.* 923. *num.* 13. præcipuè in ma-
teria Penſionum Translatarum, quæ, ut dictum eſt
ſupr. num. 12. eſt odioſiſſima. Rota *part.* 18. *recent.
deciſ.* 126. *num.* 3. & *deciſ.* 485. *num.* 4. *tom.* 1. & ideò
omninò reſtringenda, & ſtrictiſſimè interpretanda. His
omnibus rationibus etiam per diverſos Cauſidicos Ro-
manos ponderatis, Eminentiſſimo Hero meo amici-
tià conjunctos, fuit concluſum de Jure, Penſionem
prædictam in Paulum Piccinum fuiſſe nulliter, & in-
validè translatam, ideòque ex juſtitia ei non eſſe ſol-
vendam.

Septimò, aliam tamen rationem adduxit idem Pic-
cinus, quæ in contrariam ſententiam piiſſimi Cardi-
nalis animum movit; nempè ſi ex juſtitia Penſio ſibi
non erat debita, daretur ſaltem ex charitate; affir-
mans jurejurando, ſe eſſe virum pauperem, ac ma-
trem ſeneſcentem, penitùs egenam habere. Hac ſup-
plicatione, ab Eminentiſſimo Præſule auditâ, benignè
36 ſubjunxit mihi; ex charitate ſolvamus hanc Penſio-
nem, *Charitas enim non quærit; quæ ſua ſunt*, ut ait
Apoſtolus 1. *Cor.* 13. 5. & allegavit illud Senecæ di-
ctum, relatum à Bald. *conſ.* 218. *Petita venia ſub
num.* 1. & repetitum à Gonzalez *ad Reg.* 8. *Canc.
§.* 7. *Proem. num.* 16. *Litigare cum æquali anceps eſt,
cum potentiori furioſum, cum inferiore ſordidum.* Et
illicò dedit in mandatis Domino Joanni Zimariæ
Mercatori, ut ſuo nomine exburſaret Paulo Piccino
Scuta ducenta pro quatuor annatis ſuæ Penſionis,
quæ effluxerant ab Anno 1664. quo Eminentia ſua
Epiſcopatum Patavinum erat adepta. Ego miratus,
ac veneratus fui tantam Eminentiſſimi Domini mei
clementiam, charitatem, & liberalitatem; ſed eam
per annos quadraginta continuos ſemper vividam in
eodem ſuſpexi; nam quidquid habebat, ipſe paupe-
ribus dabat: & Deum obteſtor, me frequentiſſimè
egenorum memorialia, eleemoſynas petentium vel
pro filiabus maritandis, vel pro aliis indigentiis ex-
plendis, porrexiſſe Eminentiæ ſuæ, quæ ſemper, ac
ſemper calamum ſtatim arripiens mihi dicebat; quan-
tum vis dari? & juxtà obſequioſam meam reſponſionem
ſcribebat, ut tantùm Factor generalis Epiſcopatus iiſdem
egenis daret, & nulli unquam eleemoſynam negabat.

Digitized by Google

Corollarii loco non omittam, quod Anno ſequenti 1668. nunciatum fuit Eminentiſſimo Domino Hero meo, ſupradictum Paulum Piccinum Neapoli febre malignâ correptum obiiſſe, & ſic ejus Penſio totaliter extincta remanſit.

DISCORDIA IX.

ARGUMENTUM.

Diſſeritur de Penſione ſoluta per Titularem Succeſſorem, etſi debitâ ab ejus Anteceſſore. Relatâ Religionis Melitenſis Antiquitate, Nobilitate, ac Sanctitate, oſtenditur Equites Melitenſes in ea profeſſos eſſe veros Religioſos, incapaces beneficiorum Sæcularium, ac Penſionum ſuper illis, niſi à Papa ſaltem tacitè diſpenſentur. Succeſſor in beneficio tenetur ſolvere Penſiones decurſas tempore Anteceſſoris ob quinque rationes. Diligentiæ non adhibitæ à Penſionario ei non nocent, quando Anteceſſor erat boni nominis; vel Penſionarius erat abſens; aut ipſæ diligentiæ, etiamſi factæ fuiſſent, nihil eſſent profuturæ.

SUMMARIUM.

1 *Equitum Melitenſium hereditas ſpectat ad Religionem.* Et num. 17.
2 *Titularis exceptiones tres pro non ſolvenda Penſione debita à ſuo Anteceſſore.*
3 *Litigium inter Titularem, & Religionem Meliten. occaſione Penſionis.*
4 *Religionis Hieroſolymitanæ, ſeu Meliten. Antiquitas, Nobilitas, & Sanctitas.*
5 *Melita Inſula dono data Equitibus Hieroſolymitanis à Carolo V. Imperatore.*
6 *Nobilitas quomodo probanda ab ingreſſuro Religionem Meliten.*
7 *Equites Melitenſes plures ex Familiis Nobilibus Paduanis.*
8 *D. Bernardi Sermo encomiaſticus Equitum Melitenſium.*
9 *Equitum Melitenſium Obedientia, Caſtitas, & Paupertas.*
10 *Eorum in bello Fortitudo.*
11 *Equites Melitenſes profeſſi ſunt veri Religioſi.*
12 *Matrimonium ratum, non conſummatum ſolvitur per Profeſſionem in Religione Melitenſi.*
13 *Equites Melitenſes Matrimonium nequeunt contrahere.*
14 *Equitum Melitenſium admiſſio ad Habitum, ad Noviciatum, & ad Profeſſionem quæ requirat?*
15 *Linguæ apud Religionem Meliten. quid denotent? Et quot ſint ejus Prioratus? Commendæ? & Officia?*
16 *Eminentiæ Titulus Magno Magiſtro Meliten. conceſſus ab Urbano VIII.*
17 *Equites Melitenſes nihil proprii habent, nec in vita, nec in morte.*
18 *Incapaces ſunt beneficiorum Sæcularium, ac Penſionum, niſi diſpenſentur à Papa.*
19 *Capaces tamen ſunt Commendarum ſuæ Religionis, & Penſionum ſuper eis.*
20 *Magnus Magiſter Meliten. reſervat Penſiones ad favorem Equitum ſuper Commendis, ſed cum duabus conditionibus. Et quæ ſint?*
22 *Diſpenſatio tacita pro habenda Penſione reſultat, ſi Papa ſciat, reſervatarium eſſe Equitem Meliten. profeſſum.*
23 *Succeſſor in beneficio tenetur ſolvere Penſiones debitas à Prædeceſſore.*
24 *Si diligentiæ factæ non ſint à Penſionario contra Prædeceſſorem, Succeſſor non tenetur ſolvere Penſiones.*
25 *Diligens dicitur Penſionarius etſi differat exigere à Titulari boni nominis.*
26 *Abſentia Penſionarii eum excuſat à diligentiis non factis contra Anteceſſorem.*
27 *Diligentiæ non ſunt faciendæ, quando conſtat eas non eſſe profuturas.*

Adhuc erat in humanis Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus, glorioſæ memoriæ, Georgius Cornelius Epiſcopus Paravinus filius Sereniſſimi Joannis Cornelii Ducis Venetiarum, & Herus meus Humaniſſimus; cum ipſe accepit Litteras familiares ab Illuſtriſſimo, ac Excellentiſſimo Equite Spretio pro ſua Eminentiſſima Religione Melitenſi Venetiis Reſidente, quibus poſtulabat operari facere; ut Reverendiſſimus Dominus Vincentius Franciſconus, Nobilis, ac Canonicus hujus Cathedralis Paduæ, ſolveret eidem Eminentiſſimæ Religioni Meliten. Scuta centum triginta quatuor monetæ Romanæ, debita quondam Equiti Fr. Simeoni Corſo, nuper defuncto, ex titulo Penſionis annuæ, quam exigebat ſuper fructibus duorum ſimplicium beneficiorum; unius ſcilicèt in Eccleſia Parochiali S. Juſtinæ Villæ Pernumiæ; alterius verò in Eccleſia S. Felicis Villæ Zovoni hujus Paduanæ Diæceſis, per eundem Dominum Canonicum Franciſconum poſſeſſorum; quæ quidem Scuta 134. ſpectabant ad ipſam Emin. Religionem jure ſpolii; cum ipſe Eques Fr. Simeon de Corſis eſſet de jure inteſtabilis, & omnia ejus bona pertinerent ad ipſam Religionem, non autem ad ejus heredes ſan-
1 guinis, ut notorium eſt, & teſtatur Rota *part.* 3. *diverſ. deciſ.* 436 nec non *part.* 14. *Recent.* 76. *num.* 1. & 2. eadem Rota coram Gregorio XV. *deciſ.* 87. *num.* 3. & ibi Adden. *num.* 15. prout etiam coram Buratto *deciſ.* 2. *num.* 11. & 20. ubi DD. probantes Equites Hieroſolymitanos profeſſos eſſe veros Religioſos, & in eorum morte Religionem ſuccedere tàm in jura, quàm in bona ad ipſos ſpectantia vigore Stabilimentorum Religionis per Burattum *d. num.* 20. recenſitorum; & talis erat prædictus Eques de Corſis Penſionarius defunctus.

Executionem earundem Litterarum commiſit mihi ipſe Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Epiſcopus Cornelius, quas oſtendi Reverendiſſimo Canonico Franciſcono Titulari, qui eiſdem lectis, ac intellectis mihi reſpondit, ſe nihil eſſe daturum Emin. Meliten. Religioni; tùm quia Eques Simeon Corſus tan-
2 quàm Religioſus Profeſſus erat incapax Penſionis ſuper ſæcularibus beneficiis; tùm etiam quia, eſtò quod capax fuiſſet, prædicta Scuta 134. erant maturata, & decurſa tempore ſui Prædeceſſoris Titularis, qui fuerat Rev. Jacobus Sacchettus Archipresbyter Villæ Luvillani, hujus pariter Diæceſis, à quo Dominus Canonicus Franciſconus prædicta duo ſimplicia beneficia, antecxpreſsâ Penſione onerata, ex reſignatione acceperat; & idcircò, ajebat, aſſertum creditum Scutorum 134. ab hereditate ſui Prædeceſſoris Sacchetti, nuper defuncti, eſſe exigenda; tantò magis quia Penſionarius non fecerat debitas diligentias contra Prædeceſſorem; imò fuerat negligens in exigendo.

His exceptionibus ad Excellentiſſimum Reſidentem, pro Religione Venetiis commorantem, delatis, & de jure inſubſiſtentibus repertis; cum in eis Dominus Canonicus Franciſconus eſſet inflexibilis, deventum fuit ad actus judiciales, & intimatum Monitorium Reverendiſſimi Marci Marchiani Abbatis, tunc Vi-
3 carii Generalis hujus Epiſcopatus Paduæ, quo ei præcipiebatur ſub pœna Mandati executivi, & aliis &c. ut dicta Scuta 134. Religioni perſolveret; ipſe autem citare fecit ad revocandum Monitorium; & conteſtato judicio, diſputatum fuit, an prædictæ tres exce-
ptiones

Digitized by Google

ptiones eſſent legitimæ? Pro intelligentia autem di-
cendorum circà dictas exceptiones, quas ſcribentes
pro Emin. Hieroſolymitana Religione affirmabant eſ-
ſe illegitimas in præſenti Diſcordia, quatuor ſunt præ-
mittenda, & obſervanda.

Primum eſt, quod inter omnes Militares Religio-
nes Hieroſolymitana cæteris præcellit, tùm Antiqui-
tate, tùm Nobilitate, ac etiam Sanctitate; nam quo-
ad ejus initium ita ſcribit Emanuel Gonzalez *in Com-
mentar. ſuper cap. Cum ad Sedem. 15. de Reſtit. Spol.
tom. 2. num. 1. Eſt celebris in toto Orbe terrarum Re-*
4 *ligio Divi Joannis, quæ initium habuit Anno 1099.
Sub Paſchali II. Hieroſolymis; ubi Gerardus Hoſpita-
le ſub Sancti Joannis Baptiſtæ nomine conſtruxit ad
Peregrinos illic ducendos, & hoſpitandos; infirmiſque
opem, medicamina, victuique neceſſaria præſtanda;
atque hoſpites à Turcarum moleſtiis, & incurſionibus
defendendos; à quo, & ejus Succeſſoribus alia Hoſpi-
talia erecta fuerunt per Siciliam, Italiam, & Hiſpa-
niam: quare illi Milites frequenter appellantur Hoſ-
pitalarii; aliquando Milites Beati Joannis, aliquando
Rhodani, eò quod Inſulam Rhodum vi armorum à Tur-
cis eripuerunt die 20. Auguſti 1308. Nonnunquam di-
cuntur Melitenſes, quia ejecti à Rhodo in Inſulam Me-*
5 *litæ dono Imperatoris Caroli V. migrarunt. Plura de
eorum Regula, & Magiſtris tradunt laudati ab Acuna
in cap. Generali 12. num. 85. diſt. 54. D. Rocchus Pir-
ro tom. 3. Siciliæ in Eccleſia Melitenſi Ann. 1524. &
Mendo de Ordin. Militar. lib. 1. q. 5. per totam.*

De Nobilitate autem ſic diſſerit Rota *part. 2. re-
cent. deciſ. 535. num. 2. Quia Stabilimenta Religionis
tit. de Recip. Fratr. num. 17. requirant probationem No-*
6 *bilitatis ſpecificam reſpectu Parentum, quorum appel-
latione Pater, & Mater, Avi, & Aviæ ex utroque
ſtipite continentur, ut in tit. de Verb. Signific. l. 51. non
ſufficit hoc caſu probatio ſimplicis Nobilitatis, ſed talis
probari debet, qualis à dictis Stabilimentis deſideratur,
& etiam reſpectu Avorum, & Aviarum, &c.* Eadem
Deciſio eſt coram Buratto *in Comen. Habitus die 14.
Aprilis* 1614. inter ejus impreſſas *Deciſ.* 42. ubi
num. 13. Adden. alia notatu digna ponit; & utique
7 hæc Urbs Antenorea frequenter in ejus Familliis No-
bilibus habuit, & habet Equites, & Commendata-
rios Melitenſes, prout nunc Familiæ de Papafabis,
de Vicoaggere, de Doctis, de Forziatura, & aliæ.

De Sanctitate autem ejus ſatis eſt legere Sermonem
Divi Bernardi tranſcriptum per Chaſſanæum *in Ca-
thalog. Gloriæ Mundi part. 9. Conſider.* 4. ubi inter
alia hæc habet: *Novum Militiæ genus ortum nuper
auditur in terris, & inexpertum omnibus ſæculis, per*
8 *quos gemino pariter conflictu, atque infatigabiliter de-
certatur tùm adversùs Carnem, & Sanguinem, tùm
contra Spiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Quid autem
vivens, vel moriens timeat, cui vivere Chriſtus eſt,
& mori lucrum? Gaude fortis Athleta ſi vivis, &
vincis in Domino; ſed magis exulta, & gloriare, ſi
moreris, & jungeris Domino. Si beati qui in Do-
mino moriuntur, multò magis qui pro Domino mo-
riuntur. O vita ſecura, ubi pura conſcientia. O
verè Sancta, & tuta Militia; atque ab illo duplici
periculo prorsùs libera, quo id hominum genus ſolent
frequenter in Militia ſæculi periclitari, ubi Chriſtus
non eſt cauſa militandi.* Et paulò infrà. *Vivunt hi
Milites in communi ſub unius obedientia abſque uxo-*
9 *ribus, & liberis, & abſque omni proprio. Nullo au-
tem tempore aut otioſè ſedent, aut curioſè alicubi va-
gantur; ſed ſemper dum non procedunt, ne gratis
panem comedant, armorum, ſeu veſtimentorum vel
ſciſſa reſarciunt, vel vetuſta reficiunt, vel inordinata
componunt; & quæcunque poſtremò facienda, Magi-
ſtri eorum voluntas, & Communis indicit neceſſitas.*
Ac pluribus aliis omiſſis, ſequitur dicens: *Porrò im-
minente bello intùs fide, foris ferro, non auro ſe mu-
niunt, quatenùs armati, & non ornati hoſtibus metum*
10 *incutiant, non avaritiam provocent. Equos habere
cupiunt fortes, & veloces, non tamen coloratos, &
phaleratos; pugnam quippè, non pompam; victoriam,
non vanamgloriam cogitantes, & ſtudentes, magis
eſſe formidini, quàm admirationi. At ubi ventum fue-
rit ad certamen, priſtina levitate depoſita (tanquam
ſibi diceretur,* Nonnè qui oderunt te Domine o-
deram? &c.) *in Adverſarios irruunt, velut oves eo-
rum reputantes, quia non de ſuis viribus præſumere
norunt, ſed de virtute Domini Sabaoth victoriam ſpe-
rare, cui facile eſſe confidunt juxtà Machabeorum ſen-
tentiam, concludere multos in manus paucorum; quia
non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de Cœ-
lo fiducia eſt. Ita miro, & ſingulari quodam modo cer-
nuntur, & Agnis mitiores, & Leonibus ferociores.*
Hæc Divus Bernardus de Sanctitate hujus Religionis
conſiſtente præſertim in fortitudine Militum, jugiter
contra infideles Saracenos, & Turcas pugnantium,
pro Catholicæ fidei defenſione, ac fidelium populo-
rum, & Principatuum tutamine. De iiſdem plura
etiam S. Antonin. *in 2. part. Hiſtor. tit. 15. cap. 20.*
& noviſſimè Polydor. Virgil. *de Inventor. Rer. lib. 7.
cap. 5.*

Secundum Præmiſſum eſt, quod hi Equites pro-
feſſi Hieroſolymitani, ſeu Melitenſes ſunt veri Reli-
gioſi, quia emittunt tria vota ſolemnia Caſtitatis,
Paupertatis, ac Obedientiæ, ut advertunt Theologi,
11 & Canoniſtæ, inter quos Jo: Monachus *in cap. Ex
eo.* in fin. *De Elect.* Abb. *in cap. 2. n. 3. De Statu Mona-
chor. & in cap. 2. num. 11. De Foro compet.* Natta
conſ. 495. num. 2. lib. 3. Decian. *conſ. 51. num. 9. vol.
3.* Navarrus *conſ. 11. & conſ. 12. de Regular.* Caro-
lus de Graſſis *de Effect. Cleric. Effect. 1. num. 109.*
Ricciull. *de Perſonis, quæ in ſtat. reprob. lib. 3. cap.
14. num. 2.* Lezana *in Summ. tom. 2. cap. 5.* ubi *n. 7.*
advertit, quod per Profeſſionem in hac Religione
12 Melitenſi diſſolvitur Matrimonium ratum non con-
ſummatum, anteà initum, ut notat etiam Sanchez
de Matrim. lib. 2. diſp. 18. Emin. Cardin. de Lauræa
diſp. 16. de Matrim. num. 292. Et ego dixi in meis
Deciſionibus *De Matrim. deciſ. 13. num. 37.* & è
contra ſi Eques Melitenſis poſt Profeſſionem ſactam
contraheret Matrimonium, hoc eſſet invalidum;
13 quia ejus Votum Caſtitatis ſolemne eſt, & dirimit
Matrimonium poſtea contractum. Lezana alios DD.
allegans *d. tom. 2. cap. 5. num. 8.* Hinc prædicti Equi-
tes antequàm ad Profeſſionem admittantur, debent
facere integrum annum Novitiatus, ſeu probationis
in Religione, prout faciunt aiii Regulares, ut de-
claraſſe S. Congregationem Concilil refert Barboſa in
Summa Apoſtol. Deciſ. collect. 314. num. 15. & Nico-
lius *Lucubrat. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 33. propè fin.*
14 ubi ulteriùs addit, eoſdem Equites non poſſe admit-
ti ad Habitum, niſi habeant annum decimum octa-
vum incæptum, ita præcipientibus Statutis ejuſdem
Meliten. Religionis, in quibus, *tit. 2. cap. 13.* ita
legitur: *Non ſi dia l' Habito dell' Ordine noſtro ad al-
cuno, che non ſia giunto all' anno decimo ottavo &c.*
prout etiam *cap. 14.* ita eſt ordinatum: *Se alcuno ſa-
rà eletto, e ricevuto altrimenti, non goda alcuna pre-
rogativa d'anzianità, ò reſidenza; nè riceva tavola, ò
ſoldea del commune Teſoro, ancorche ſia eletto, ò ri-
cevuto per grazia del Gran Maeſtro, e delle Lingue. Mà
nè anco queſti ricevuti per gratia poſſono far Profeſſio-
ne, avanti finiti li ſedeci anni, come nel cap. 15. &
nell' ordinat. 31.* Et hæc omnia repetita habentur à
Rota coram Buratto *deciſ. 205. num. 28.* & coram
Emin. Card. Othobono *deciſ. 117. num. 2.* in qua de-
clarata fuit nulla, & invalida Profeſſio cujuſdam
Equitis *Franciſci le Petit. Acquiniere*, tanquàm emiſ-
ſa ante annum 16., lite pendente inter ipſum ex una,
& Vener. Linguam Franciæ ex altera. *Lingua au-*
15 tem Franciæ idem eſt ac *Natio*, ut ſubdit Barboſa
Deciſ. Apoſtol. d. Collect. 314. num. 20. his verbis:
*Equitum Melitenſium Familia diviſa eſt in octo Linguas,
ſivè Nationes: viginti Prioratus: Commendas, ſivè*

Digitized by Google

Præceptorias 653. *Officia autem præcipua Religionis ſunt, Magnus Magiſter, Magnus Commendatarius, Mariſchallus, Hoſpitalarius, Theſaurarius, Magnus Bajulivus, Cancellarius, & Prior Eccleſiæ Ordinis; de quibus agit* Claudius Robertus *in Gallia Chriſtiana tit. de Generalib. Ordinis.*

Sed nec omittendum, nec ignorandum id, quod ponit Magrius *in Hierolexic. Verb. Cardinalis col. 10.* ideſt, Titulum Eminentiæ S.R.E. Cardinalibus, unà cum Imperii Electoribus Eccleſiaſticis, ac Ma-
16 gno Magiſtro Melitenſi Urbanum VIII. conceſſiſſe *die 10. Junii 1630.* prout in decreto, quod per extenſum ponit Barboſa *de Jure Eccleſ. Univ. lib. 1. cap. 4. num. 87.* Tandem ſupradictos Profeſſos Equites Melitenſes eſſe veros Religioſos deducitur ex eo, quod ipſi nihil proprii habere poſſunt; & dum graviter ægrotant, tenentur in virtute Sanctæ Obedien-
17 tiæ omnia bona etiam mobilia, jura, & actiones manifeſtare; quia quidquid habent, vel acquirunt, etiam propria induſtria, & labore, ſpectat ad Religionem, ut ex Gratian. *Diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 880. num. 3.* ex Rota *deciſ. 435. part. 3. diverſ.* ex eadem coram Gregor. XV. *deciſ. 87. num. 13.* & ex aliis pluribus DD. & Deciſionibus demonſtrat noviſſimè Sperellus *deciſ. 21. à num. 36. & ſeqq.* ubi firmat eoſdem Milites nec aliquid in vita poſſe alienare, nec in morte teſtamentum facere; ipſamque Religionem Jure Spolii ſuccedere in eorum quæcunque bona, jura, credita, & actiones, ut loquuntur Statuta ejuſdem Religionis *tit. 14. Statut. 57.* & latè diſcuſſo articulo fuit reſolutum in Rota *deciſ. 333. part. 2. recent.*

Tertium Præmiſſum eſt, quod attento Statu verè Religioſo, in quo reperiuntur eſſe Milites Hieroſolymitani, ſeu Melitenſes, ipſi incapaces ſunt Beneficio-
18 rum ſæcularium, ſivè Curatorum, ſivè Simplicium, nec non quarumcunque Penſionum ſuper illis, ut concorditer docent omnes Canoniſtæ, ac Theologi, inter quos Navarrus *conſ. 11. num. 2. de Tempor. Ordin.* Gambarus *de Offic. & Pot. Legati à Latere lib. 6. num. 262.* Loterius *lib. 1. quæſt. 36. num. 28.* Barboſa *de Jur. Eccl. Univ. d. lib. 3. cap. 7. num. 52.* Tondut *de Penſionibus cap. 71. num. 12.* & aliis omiſſis Sperellus *d. deciſ. 21. num. 67.* Qui tamen unanimiter concedunt, hujuſmodi incapacitatem tolli per diſpenſationem Papæ, & eâ concurrente poſſunt Equites Melitenſes habere Beneficia ſæcularia, atque Penſiones. Imò, quod plus eſt, volunt præfati DD. ſufficere tacitam diſpenſationem Papæ; veluti ſi in impetratione Beneficii, ſeu Penſionis narratum ſit, impetrantem eſſe Equitem Melitenſem; tunc enim ſtante hac narrativa Papa cenſetur cum eo diſpenſare, dum ei concedit Beneficium; vel reſervat Penſionem. Loterius *d. lib. 1. quæſt. 40. num. 210.* Barboſa *d. lib. 3. cap. 7. num. 52.* Sperell. *d. deciſ. 21. num. 68.* & Gambar. *de Offic. & Pot. Leg. à Latere lib. 6. num. 259.*

Quartum tandem Præmiſſum eſt, quod iidem Equites Melitenſes ſunt capaces Præceptoriarum, ideſt Beneficiorum ſuæ Religionis, non obſtante voto Paupertatis, quia, ut ait Lezana *in Summ. d. tom. 2.*
19 *cap. 5. num. 22. ea non recipiunt in titulum, ideſt in dominium, vel quaſi dominium; ſed in adminiſtrationem, & commendam; & propter hanc cauſam Commendatarii vocantur.* Conſequenter ſuper ipſis Commendis poſſunt obtinere Penſiones, quas illis reſervat motu proprio Magnus Magiſter, ut ex Religionis *Statut. 49. & 50. de Commendis*; & ex deciſis per Rotam *part. 16. recent. deciſ. 152. num. 13.* ubi aliæ Deciſiones allegantur, ex quibus deſumitur, quod prædictæ Penſiones reſervantur à Magno Magiſtro
20 etiam ad inſtantiam Equitum Commendatariorum, vel eorum vita durante, vel in dimiſſione Commendarum, duabus tamen conditionibus ſervatis; unâ ſcilicèt quod Penſio non excedat quintam partem fructuum Commendæ, ſuper quibus reſervatur; alterâ, quod Eques Penſionarius, in cujus favorem Penſio reſervatur, non ſit debitor communis ærarii ejuſdem Religionis, ut plenè per Rotam coram Priolo *deciſ. 266. & deciſ. 298.* prout etiam per eandem Rotam *part. 16. recent. deciſ. 152. part. 17. deciſ. 279. & part. 18. deciſ. 122. tom. 1.* in quibus etiam innuitur, quod Litteræ reſervatæ Penſionis expediuntur à Magno Magiſtro; & caſu quo ſuper Commenda, cujus fructus novâ Penſione onerantur, eſſet alia anterior Penſio, de illa eſt facienda mentio in ſecunda; aliàs ſubjacet nullitati.

His ita præmiſſis, ac prænotatis, deveniendo ad reſolutionem Diſcordiæ forenſis introductæ in hoc Tribunali Vicarii Generalis Epiſcopatus Paduæ inter Emin. Religionem Meliten. ex unâ, & Reverendiſſimum Canonicum Franciſconum ex aliâ, ſuper petitione Scutor. 134. Penſionis debitæ quondam Equiti Simeoni de Corſis, cujus loco, jure Spolii, ſucceſſerat Religio; negabat ea ſolvere d. Dominus Canonicus, & impugnabat petitionem Religionis, ut dictum eſt *ſupra num. 2.* triplici exceptione. Prima erat, quod antedictus Eques de Corſis tanquam Religioſus non
21 fuerat capax Penſionis ſuper Beneficiis ſæcularibus, ac ſimplicibus Villæ Pernumiæ, ac Villæ Zovoni, per ipſum D. Franciſconum ex Reſignatione Rev. Sacchetti Archipresbyteri Luviliani poſſeſſis, ex DD. & Auctoritatibus allegatis *ſupra num. 18.* Sed de facili reſoluta fuit hæc exceptio per Intervenientes Religionis, à quibus exhibitæ fuerunt Litteræ Apoſtolicæ reſervationis ejuſdem Penſionis conceſſæ eidem Equiti de Corſis ab Innocentio X. in quibus eum nominabat *Equitem Melitenſem*; undè cum Summus Pontifex notitiam habuerit ejus ſtatus Religioſi, cenſetur diſpen-
22 ſaſſe cum illo, itaut non obſtante voto paupertatis eſſet capax prædictæ Penſionis, ad tradita per Gambar. *de Offic. Legati d. lib. 6. num. 259.* per Barboſam *d. lib. 3. cap. 7. num. 52.* & per Sperell. *d. deciſ. 21. num. 68.*

Secunda erat exceptio Domini Canonici Franciſconi, quod illa ſumma Scutorum 134. erat pro Penſionibus decurſis vivente Archipresbytero Sacchetto Titulari Prædeceſſore ſuo; à quo, & ab ejus heredibus oportebat illa exigere; Ipſe enim in ſua ſpecialitate nihil debebat. Reſpondebant Agentes pro Emin. Re-
23 ligione, eſſe regulam incontrovertibilem apud Beneficialiſtas, quod Succeſſor in beneficio tenetur ad ſolutionem Penſionum decurſarum tempore ſui Prædeceſſoris, quando Penſio fuit reſervata per Summum Pontificem, ut in præſenti caſu: Primò, quia conſenſus præſtitus à Prædeceſſore in reſervatione Penſionis, ex vi decreti Papæ afficit, & æqualiter ligat tùm ipſum Prædeceſſorem, tùm ejus omnes Succeſſores non ſolùm pro ratis decurrendis, ſed etiam pro antea decurſis. Caſſador. *tit. de Penſion. deciſ. 4. num. 6.* Gambar. *de Offic. Leg. lib. 6. num. 453.* latè Loterius *lib. 1. quæſt. 39. num. 38. & 39.* ubi *text. & DD.* Rota apud Verall. *part. 2. deciſ. 302.* noviſſimè Tondut *de Penſionib. cap. 11. num. 2.* & Emin. Card. de Luca *eod. Tractatu diſc. 19. num. 5. & diſc. 31. num. 8.* Secundò quia Penſionarius habet ſibi hypothecatos fructus beneficii non ſolùm annorum præcedentium, ſed etiam ſubſequentium pro ſolutione ſuæ Penſionis. Gigas *de Penſ. quæſt. 42. num. 2.* etiam pro terminis ſub Prædeceſſore decurſis. Loter. *d. lib. 1. quæſt. 39. num. 44.* Tertiò, quia Penſio eſt onus reale cohærens beneficio, & ejus fructibus; cujus vigore Penſionarius pro libito agere poteſt vel contra heredes Prædeceſſoris, vel contra Succeſſorem in beneficio. Decian. *conſ. 37. num. 12. & 14.* ubi alios citat *lib. 2.* Quartò quia ſic practicatur in Rota, ut habetur coram Gregor. XV. *deciſ. 507.* & teſtantur Garzias *de Benefic. part. 1. cap. 5. num. 199.* & Gratian. *Diſcept. for. cap. 494. num. 52.* Quintò, eò magis quia nulli reperiuntur heredes Rev. Sacchetti Prædeceſſoris, nam eo mortuo, & relictis multiplicibus debitis Decimarum, & Subſi-

diorum

Digitized by Google

diorum Papalium, quæ ſpectant ad Sereniſſimum Dominium Venetum, tùm ſuper Archipresbyteratu Luviliani, tùm ſuper ijſdem beneficijs ſimplicibus reſignatis Domino Canonico Franciſcono, omnia bona hereditatis Rev. Sacchetti à Subcollectore] Apoſtolico fuerunt intenutata pro debitis prædictis. Quare ipſe Dominus Canonicus Franciſconus erat de jure adſtringendus ad ſolvenda prædicta Scuta 134.

Tertia exceptio adducebatur ab eodem Franciſcono Succeſſore, & erat, quod narrata, & allegata procederent, ſi Penſionarius, ſeu Eminentiſſima Religio adhibuiſſet diligentias tempore debito contra Prædeceſſorem, & ejus bona; ſed deficientibus diligentiis,
24 imò attenta morà, & negligentià Penſionarii, ipſe Succeſſor non eſt obnoxius ſolutioni ex deductis per Adden. ad Gregor. XV. *d. deciſ.* 507. & per Tondut *de Penſion. d. cap.* 11. *num.* 6. Sed hæc quoque tertia exceptio reſolvebatur ex facto; nam oſtendebantur actus judiciales, quos fecerat Eques de Corſis Penſionarius contra Titularem Sacchettum à die 24. Martii 1654. uſque ad Menſem Septembris 1655. in quo obiit; fuit enim dictus Titularis condemnatus ad ſolvendum, & mandatum executivum relaxatum contra ejus bona; ſed cum cavilloſè appellaſſet ad protrahendam ſolutionem d. Scutor. 134. opus fuit inſiſtere in abolitione appellationis; quà obtentâ ſucceſſit ejus obitus, & ejus bona fuerunt pro publicis gravedinibus, ut dictum eſt, firmata, & vendita. Ex his veriſſimis in facto ſequebatur concluſio æquè vera in jure, quod Penſionarius fuerat diligens in exigendo, non autem
25 negligens, etſi pro aliquo termino diſtulerit executiones reales contra Prædeceſſorem; mores enim noſtri abhorrent voraces, & nimis ſollicitos executores. Verall. *part.* 1. *deciſ.* 266. *num.* 1. & damnatur incivilis feſtinatio creditoris, cum nemo poſſit ſtare, ut dici ſolet, cum Sacco paratus. *l. Quod dicimus* 105. *de Solutionib.* Tondut *de Penſ. cap.* 11. *num.* 5. ubi ait, neminem teneri uti diligentia ſine aliqua urbanitate, ne nimis durus, & inhoneſtus in exigendo videatur. Maximè quando Titularis ex improviſo, ejus rebus everſis, deſiit eſſe ſolvendo; tunc enim nihil eſt imputandum Penſionario creditori. Lotter. *d. lib.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 113. *& ſeqq.* & talis eſt caſus iſte; ſiquidem Anteceſſor erat Archipresbyter Luviliani, de cujus integritate, & habilitate in ſolvendo nemo dubitabat: ſed intempeſtivâ ejus morte ſequutâ, repertus eſt non ſolvendo ob publicarum gravedinum debita relicta. Tandem ipſe Eques Penſionarius degebat Romæ; &
26 ejus abſentia eum excuſat, ſi magis ſollicitum non ſe reddiderit in Penſione exigenda. Loterius *d. lib.* 1. *q.* 39. *num.* 123. Quod autem ipſa Religio poſt mortem Rev. Sacchetti Prædeceſſoris non ſit judicialiter operata contrà ejus bona, redargui non poteſt, cum fuerint abſorpta, ut dictum eſt, à Subcollectore pro debitis Decimarum, ac Subſidiorum Papalium tàm pro Archipresbyteratu Luviliani, quàm pro Beneficijs ſimplicibus Penſione oneratis; & tunc diligentiæ non requi-
27 runtur in Penſionario, quando etiam factæ nullius evaderent valoris, & nihil profuturas certum foret. Surd. *deciſ.* 87. *num.* 9. Magon. *deciſ. Florent.* 67. *num.* 22. & Rota *in Firmana Pecuniaria* 4. *Decembris* 1651. *num.* 1. coram Bichio; quæ inter ejus impreſſas eſt *Deciſ.* 484. Ex quibus omnibus Succeſſor Titularis àntedictus condemnatus fuit in hac Curia Epiſcopali Paduæ ad ſolvenda d. Scuta 134. cum expenſis; & cum appellaſſet ab hac Sententia ad Metropolitanum Aquilejen. ab eodem fuit Sententia hæc confirmata; prout etiam in Nunciatura Apoſtolica Venetiarum, ad quam iterùm appellationem detulerat; adeòut in fine compulſus fuerit ipſa Scuta 134. ſolvere, prout actualiter ea ſolvit, cum aliâ notabili ſummâ pro expenſis in primo, ſecundo, & tertio Tribunali taxatis.

DISCORDIA X.

ARGUMENTUM.

Penſio reſervata per Papam *Menſe Majo* ſuper fructibus beneficii vacantis, ſolvenda Anno ſequenti in duobus terminis, *Menſe* ſcilicèt *Martio, & Septembri*, dicitur Poſticipata; quæ ſemper pendet à fructibus Anni antecedentis. Idcircò ſi Titularis dimittat beneficium pluribus annis ab eo poſſeſſum; ipſe tenetur ſolvere utrumque Penſionis terminum illius Anni, in quo beneficium dimittit, etſi fructus ejuſdem Anni non colligantur ab ipſo, ſed à ſuo Succeſſore.

SUMMARIUM.

1 *Camillus Varottus Canonicus, & Vicarius Monialium Paduæ laudatus.*
2 *Trajanus Comes Borromeus Canonicus Patavinus laudatus.*
3 *Annus Penſionis incipit à die Datæ Litterarum ejus.* Contrarium num. 15.
4 *Penſio eſt onus reale inhærens fructibus beneficii.*
5 *Succedens in beneficio de Menſe Aprili quando teneatur ſolvere totam Penſionem illius anni?*
6 *Fructus beneficii qui colligit, ad eorum ratam tenetur Penſionem ſolvere.*
7 *Penſio poſticipata quænam ſit?*
8 *Penſionis tot ſunt anni, quot ſunt fructuum recollectæ.* Et num. 20.
9 *Fructus beneficii vacantis debentur Proviſo vigore ſuæ collationis.*
10 *Donatarius fructuum ſuper quibus eſt impoſita Penſio obligatus eſt ad ejus ſolutionem.*
11 *Fructus beneficiales undequaque recipiantur, ſemper obligant Receptorem ad ſolvendam Penſionem.*
12 *Penſio eſt quædam quota, ſeu portio fructuum, ad quantitatem pro commodiori ſolutione redacta.*
13 *Titularis, & Penſionarius pari paſſu ambulant circà fructuum perceptionem.*
14 *Quod differtur, non aufertur.*
15 *Penſio eſt debita à die ſignatæ ſupplicationis, non à die expeditionis Litterarum.*
16 *Litteræ Penſionis valent ad ejus exactionem, non ad ejus conceſſionem, ſeu reſervationem.*
17 *Termini Penſionis decurſæ ante expeditionem Litterarum, poſt earum expeditionem ſunt ſolvendi.*
18 *Tempus expeditionis Litterarum retrotrahitur ad diem ſignatæ Supplicationis.*
19 *Penſionis anticipatæ, ac poſticipatæ ratio, natura, & differentia.*

INeunte Anno 1678. apud Sedem Apoſtolicam vacavit Canonicatus hujus Cathedralis Eccleſiæ Patavinæ, quem poſſidebat Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Marcus Antonius Barbadicus Patricius Venetus, per ejus promotionem ad Eccleſiam Archiepiſcopalem Corcyren. à qua poſtea translatus fuit per Innocentium XI. ad Epiſcopatum Montis Flaſconi, & Cornetti, & ad dignitatem Cardinalitiam Anno 1686. ut narratum eſt *ſupra Diſcord. III.* Prædictus Canonicatus ſic
1 vacans impetratus fuit à Reverendiſſimo Camillo Varotto Vicario Monialium, eximiæ prudentiæ, zeli, ac ſollicitudinis, hujus Civitatis Paduæ, ſub regimine Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi S. M. Gregorii Cardinalis Barbadici, ad cujus preces prænominatus Summus Pontifex Innocentius XI. ipſi, Menſe Majo ejuſdem Anni 1678. contulit eundem Canonicatum, cum onere tamen unius annuæ Penſionis Scutor. 60. monetæ Romanæ, quam idem Pontifex reſervavit Joanni Clodio Familiari ſuo. Quamvis autem Supplicatio

catio

Digitized by Google

catio Proviſi, ac reſervatio Penſionis ſignata fuerit à Papa dicto Menſe Majo, dilata fuit expeditio Litterarum uſque ad Menſem Decembris ejuſdem Anni 1678. & in ijſdem Litteris, ex induſtria Procuratoris ipſiuſmet Domini Canonici proviſi, inſertum fuit, ut Penſionis primus terminus eſſet ſolvendus Menſe Martio proximi ſequentis Anni 1679. Secundus verò Menſe Septembri ejuſdem Anni 1679. pro majori commoditate proviſi, qui poſt expeditionem Litterarum obtinuit ſtatim poſſeſſionem Canonicatus, & exegit omnes fructus ejus Labentis anni 1678. ab Œconomo, qui durante vacatione totius anni 1678. illos integros collegerat. Permanſit in pacifica poſſeſſione hujus Canonicatus Dominus Vicarius Varottus uſque ad Menſem Maii Anni 1689. in quo illum dimiſit, quia ab Eminentiſſimo Cardinali Epiſcopo Patavino vigore Indulti tranſlatus fuit ad aliam pinguiorem Præbendam Canonicalem in eadem Eccleſia Cathedrali Patavina; primus verò Canonicatus, ab eo dimiſſus, collatus fuit ab eodem Eminentiſſimo Antiſtite prædicti
2 ſui vigore Indulti Illuſtriſſimo Comiti Trajano Borromeo Nobili Patavino, Juveni religioſiſſimæ Indolis, Juris Utriuſque Laurea ornato, ac in ſtudio humaniorum Litterarum, præcipuè Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ verſatiſſimo.

Inter hos duos Canonicos ſtatim orta eſt Diſcordia circa ſolutionem Penſionis, quam petebat Joannes Clodius pro utroque termino Menſium Martii, & Septembris prædicti Anni 1689. Siquidem Dominus Canonicus Varottus ajebat, ſolutionem ſpectare ad Comitem Borromeum novum Canonicatus poſſeſſorem; ipſe verò Comes opinabatur, eam pertinere ad ipſum Dominum Canonicum Varottum ſuum Prædeceſſorem; ſed amicabiliter procedentes elegerunt duos communes amicos, qui pro juſtitia, ac de Jure arbitrarentur, ad quem ſpectaret dictorum duorum terminorum Penſionis Anni 1689. ſolutio?

Dominus Canonicus Varottus ad ſui favorem dicebat, Penſionem fuiſſe reſervatam *die 2. Decembris* 1678. juxtà datam Litterarum Apoſtolicarum; & à die Datæ incipit Annus reſervatæ Penſionis. Tondut
3 *de Penſion. cap.* 20. *num.* 1. & 2. Rota coram Card. Cavalerio *deciſ.* 129. coram Coccino *deciſ.* 327. & poſt Vivian. *de Jurepatron. deciſ.* 54. *num.* 8. & 9 & per conſequens Annus deſinit, & completur eodem die, ac menſe ejuſdem Datæ. Igitur Penſio ſolvenda Joanni Clodio cum incipiat *die* 2. *Decembris* 1688. & deſinat *die* 2. *Decembris* 1689. ex fructibus Canonicatus hujus Anni 1689. per Dominum Comitem Borromeum novum Canonicum integrè perceptis, eſt ſolvenda quo ad utrumque terminum, Menſis Martii, &
4 Menſis Septembris. Penſio enim eſt onus reale inhærens fructibus beneficii, & qui fructus percipit, tenetur Penſionem ſolvere. Tondut *de Penſion. cap.* 19. *num.* 8. & *cap.* 20. *num.* 1. & *ſeqq.* ubi Decius *conſ.* 155. *num.* 1. Gigas *de Penſ. q.* 39. *num.* 6. & 7. Gonzalez *ad Reg.* 8. *gloſs.* 5. §. 5. *n.* 44. Creſcent. *deciſ.* 3. *num.* 2. *de Solution.* & Barboſa *in Votis Canon. lib.* 1. *Vot.* 5. *num.* 11. & 12.

Et pro confirmatione ſuæ opinionis Dominus Canonicus Varottus allegabat Deciſionem Rotæ *part.* 18. *recent. deciſ.* 647. quam eſſe in terminis hujus Diſcordiæ aſſerebat; & ſibi omninò favorabilem, tanquam his verbis conceptam: *Die Septima Februarii* 1636. *ad favorem Ferdinandi Cennini reſervata fuit annua Penſio Ducatorum* 72. *ſuper beneficio S. Stephani de Carletto, ſolvenda per Titularem in duobus terminis, nempè* 25. *Martii, &* 8. *Septembris. Succeſſit de Menſe Aprili Anni* 1671. *in dicto beneficio Hieronymus Gotius, qui cum ſolvere recuſaret primum terminum antecedenter de Menſe Martii maturatum, dedi Dubium, An teneatur illum ſolvere? Quod affirmativè*
5 *fuit per Dominos reſolutum. In hac enim materia, quæ regulatur ad terminos l. Defuncta. ff. De Uſufruct. in facienda repartitione ſolutionis Penſionis inter Titularem Anteceſſorem, & Succeſſorem, inſpiciendum eſt tempus reſervationis, à quo incipit Annus, & terminat eadem die ſequentis Anni; intra quod ſpatium videndum eſt, quis faciat recollectionem fructuum, nulla habita conſideratione, quod illa ſit in duos terminos diſtributa, cum hoc fiat pro commodiori ſolutione, ut firmant* Garzias *de Beneſic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 190. Tondut *de Penſionib. cap.* 20. *num.* 5. Antonellus *de Tempore Legali lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 14. & *tenuit Rota* coram Penia *deciſ.* 703. & *coram* Coccino *deciſ.* 327. & *coram* Card. Cavaler. *deciſ.* 129. *Si enim fructus*
6 *partim fuerunt percepti ab Anteceſſore, partim à Succeſſore, quilibet tenetur Penſionem ſolvere pro rata fructuum; & ratio eſt, quia Penſio reſervatur ſuper fructibus; undè pro illorum rata ſolvenda eſt.* Gigas *de Penſ. q.* 39. *num.* 7. Rota poſt Pacificum *de Salviano Interd. deciſ.* 221. *num.* 1. & 2. & *coram* Card. Cavaler. *d. deciſ.* 129. *coram* Durano *deciſ.* 448. *num.* 34. *In propoſito autem dum Hieronymus adeptus fuit poſſeſſionem beneficii de Menſe Aprili* 1671. & *integros fructus dicti Anni percepit, ut non controvertitur inter partes, procul dubio tenetur ad primum terminum ejuſdem Anni, licèt dies ſolutionis ceſſerit ante captam ab eo poſſeſſionem ex auctoritatibus ſupra adductis. Et ita &c.* Itaque ex hac Rotæ deciſione inferebat Dominus Vicarius Varottus, ego nullos fructus percepi Canonicatus dimiſſi hoc anno 1689. ſed illos omnes, & ſingulos habuit Dominus Canonicus Borromeus; idcircò ad ipſum ſpectat ſolutio utriuſque termini Penſionis hujus Anni 1689. Menſium ſcilicèt Martii, & Septembris, non obſtante quod primus terminus Menſis Martii maturatus fuerit, antequàm poſſeſſionem Canonicatus ipſe obtinuerit, ut in prædicta Rotæ deciſione.

Totum contrarium affirmabat Dominus Comes Borromeus, non obſtante dicta Deciſione Rotali, quam non adaptari dicebat caſui præſenti ex ſequentibus rationibus.

Primò, quia ſolutio duorum terminorum Penſionis Menſe Martio, ac Menſe Septembri Anni 1689. non eſt facienda ex fructibus Canonicatus hujus Anni, ſed ex fructibus Anni antecedentis 1688. quos omnes percepit Dominus Canonicus Varottus. Siquidem hæc
7 eſt Penſio poſticipata, quæ non ſolvitur de Anno in Annum ex fructibus, qui colliguntur eodem Anno, ſed ex fructibus anno jam tranſacto collectis, ita concedente Papa ob majorem commoditatem Titularis; & ſic cum ſit Penſio poſticipata, ſolutio ſpectat non ad Succeſſorem primo ejus Anno; ſed ad Anteceſſorem; ut benè ait Rota *part.* 3. *recent. deciſ.* 110. *num.* 2. ubi ita loquitur: *Et nihilominùs ad tollendum etiam hoc motivum fuit dictum, nos verſari in Penſione, quæ ſolvitur poſticipatè, hoc eſt de fructibus decurſis, quod patet ex forma reſervationis, ex qua colligitur, An Penſio ſit anticipata, vel poſticipata? ut ſiquidem à die reſervationis uſque ad diem ſolutionis primi termini colliguntur fructus, Penſio dicatur poſticipata, ſin minùs anticipata, ut fuit conſideratum in cauſa Cæſarauguſtana Penſionis* 13. *Aprilis* 1592. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & ſenſit Rota in Salernitana Penſionis* 9. *Aprilis* 1601. *coram R. P. D. Ortembergo.* Modò Innocentius XI. reſervavit hanc Penſionem ad favorem Joannis Clodii Anno 1678. Menſe Majo, voluit tamen eam non eſſe ſolvendam, niſi Anno ſequenti 1679. in duobus terminis Menſe ſcilicèt Martio, & Septembri ex fructibus tamen eodem Anno antecedenti 1678. collectis. Igitur eſt Penſio poſticipata; & ſic eſt ſolvenda à Domino Canonico Anteceſſore, quia ſolutio hujus Anni 1689. eſt pro fructibus Anni antecedentis 1688. quos omnes ipſe collegit.

Secundò confirmabat Dominus Comes Borromeus Canonicus inſtantiam ſuam inconcuſsà illà Regulà, quam faciunt omnes Beneficialiſtæ, videlicèt, ut quot ſunt recollectæ fructuum, tot ſint Anni Penſionis;
8 itaut quælibet integra recollecta integram Penſionem unius

Digitized by Google

unius anni ſolvat, ut his præciſis verbis ſcribit Emin. Card. de Luca *de Penſionib. diſc. 26. num. 4. diſc. 27. num. 2. & diſc. 28. num. 5.* & ante eum docuit Tondut *de Penſion. cap.* 20. *num.* 8. ubi hæc habet: *Pro iſta reſolutione evidens eſt naturalis ratio; quia aut Titularis Penſionem integram unius Anni ſolvit anticipatè, aut poſticipatè: antecipatè quidem, ſi tempore advenientis temporis nullos fructus perceperit: poſticipatè verò, ſi terminus ſolutioni deſtinatus advenerit poſt perceptos fructus, ut benè explicat Rota in Monopolitana Penſionis die* 10. *Aprilis* 1606. *coram Sacrato, quæ eſt apud Marcheſan. tom.* 1. *fol.* 642. *& ſicut non eſſet rationi congruum, ut qui anticipatè ſolvit, iterum poſticipatè ſolvere cogeretur; ita qui poſticipatè ſolvit, à ſolutione cujus terminus jam ante advenit, non debet eſſe immunis; ita ut tot ſint ſolutiones Penſionum, quot ſunt perceptiones fructuum.* Modò Dominus Canonicus Varottus habuerat undecim integras recollectas fructuum hujus Canonicatus, quia eos perceperat ab Anno 1678. incluſivè uſque ad annum 1688. pariter incluſivè: ſed ſolverat tantùm decem integras Penſiones; nam initium ſolutionis fuit in Anno 1679. juxtà conceſſionem ſibi à Summo Pontifice factam. Ergo tenebatur ad undecimam integram ſolutionem Penſionis faciendam Anno 1689. ut tot ſint ſolutiones, quot ſunt recollectæ fructuum Canonicatus per eum factæ.

Tertiò, nec poterat ſuffragari Domino Canonico Anteceſſori, quod habuerit fructus Canonicatus Anni 1678. ex mera donatione Summi Pontificis, abſque ullo onere Penſionis. Nam reſpondebat Dominus Comes Borromeus, nullam fuiſſe factam donationem fructuum à Papa; ſed ab eo collatum eſſe Ca-
9 nonicatum Menſe Majo, Anno 1678. cum onere Penſionis ſuper ejus fructibus; idcircò etiam fructus Anni 1678. pervenerant in Dominum Canonicum Varottum vigore prædictæ collationis cum onere dictæ Penſionis, etſi ejus ſolutio fuerit prorogata ad Menſes Martii, & Septembris ſequentis Anni. Hoc clarè deſumebat ex duabus Deciſionibus Rotæ in terminis terminantibus præſentis Diſcordiæ; videlicèt *in part. 1. recent. deciſ.* 99. nec non *in part. 3. recent. deciſ.* 130. In prima harum Deciſionum cum Epiſcopus Neritonen. accepiſſet illam Eccleſiam cum onere Penſionis, & ex gratioſa donatione Papæ habuiſſet fructus ejuſdem Eccleſiæ maturatos Anno antecedenti ſuæ promotioni ad Eccleſiam, deciſum fuit in Rota, ipſum Epiſcopum eſſe obligatum ſolvere Penſionem etiam pro dicto anno antecedenti, quia fructus, quos recepit, erant obligati eidem Penſioni. Rotæ verba hæc ſunt: *Cæterùm, quia Papa omnes fructus dicti*
10 *Epiſcopatus à die prima Julii maturatos eidem Epiſcopo gratioſè donaverat, prætendebat (Penſionarius) prædicti termini ſolutionem ad Epiſcopum ſpectare. Quare utraque parte informante conſulta Rota, an fructuum Epiſcopo donatorum eſſet habenda ratio ad prædictum effectum? Rota habendam eſſe rationem cenſuit; nam cùm fructus eſſent pro Penſione hypothecati.* Felin. *in cap. Ad audientiam. il 2. num. 6. De Reſcript.* Roman. *conſ. 388. num. 2.* Natta *conſ. 341. num. 6. lib. 2.* Surdus *conſ. 343. num. 12. ad Epiſcopum cum ſuo onere, & cauſa perveniſſe cenſebantur, non obſtante quod largitione Principis fuiſſent ſibi donati. l. Alienatio. ff. de Contrahend. Empt. l. Princeps. ff. de Verb. Signif.* Cephal. *conſ. 32. num. 17. lib. 1.* Peregrin. *conſ. 13. num. 18. lib. 1.* In altera verò deciſione ejuſdem cauſæ, nempè *part. 3. recent. deciſ.* 130. iterum fuit condemnatus prædictus Epiſcopus Neritonen. ad ſolvendam Penſionem etiam pro Anno antecedenti ob fructus illius Anni, quos ex donatione Papæ habuerat: *Quia* (inquit Rota ibi *num. 3.*) *Epiſcopus ante feſtum Sancti Joannis Apoſtoli de Menſe Decembri percepit fructus ſufficientes ad ſolutionem Penſionis, nam Papa ipſi donavit omnes fructus maturatos à die prima Julii uſque ad diem adeptæ poſſeſſionis. Et licèt ad hoc replicetur, tales fructus non eſſe obnoxios Penſioni in hoc caſu, quia non fuerunt per Epiſcopum percepti in bene-*
11 *ficio ipſo, ut requiritur ad effectum, quòd remaneant obligati tanquam fructus beneficiales.* Vitallin. *in Clem. 2. num. 46. Verſ. Quarta concluſio. De Decim. tùm quia donatarius Principis ſtatim eſt ſecurus ab omni hypotheca. l. Benè à Zenone. C. de Quadr. poſſeſſ. Attamen iſta replicatio non videtur obſtare; dicunt enim illam concluſionem, quod Titularis, qui non percepit fructus, non teneatur ad Penſionem, procedere ex quadam æquitate; nam aliâs regulæ juris ſunt in contrarium, ut patet ex allegatis per Creſcent. d. deciſ. 3 num. 1. de Solution. & Put. d. deciſ. 189. lib. 2. Iſta verò æquitas ceſſat in hoc caſu, quia D. Epiſcopus effectualiter, mediante dicta donatione, ſenſit commodum reddituum Epiſcopatus.* Igitur etiam in præſenti caſu, cum Dominus Canonicus Varottus habuerit fructus Canonicatus ex Indulgentia Pontificiâ ſibi conceſſos ante expeditionem Litterarum, tenetur ad ſolvendam Penſionem impoſitam ſuper ijſdem fructibus, ratione etiam illius Anni 1678. quia ijdem fructus ſeparari non poſſunt ab onere ejuſdem Penſionis; & ſicut dicere poteſt proviſus de Canonicatu, quod Papa ei donavit fructus illius Anni 1678. ita Penſionarius pariter dicit, quod ei Papa donavit ſuper ijſdem fructibus Penſionem eodem Anno 1678. etſi voluerit, Canonicum Titularem non poſſe adſtringi ad eam ſolvendam, niſi Anno ſequenti 1679.

Quartò, comprobabantur hæc omnia etiam ex doctrina Emin. Card. de Luca *de Penſionib. diſc. 29. num. 5.* ita ſcribentis: *Penſio eſt quædam quota, ſeu portio*
12 *fructuum, ad quantitatem gratia commoditatis redacta, ideòque in quolibet Anno conſtituente integram recollectam ſolvi debet integra ejuſdem Anni Penſio; ne aliâs ceſſet illa diviſio, ſeu proportio, quam Papa inter Titularem, & Penſionarium jure cujuſdam communionis inducere voluit.* Quapropter pari paſſu ambulant in hac fructuum conceſſione, facta per Papam, Ti-
13 tularis ſcilicèt, & Penſionarius; quia uterque eodem Anno 1678. debet participare de ijſdem fructibus; cum hac ſola differentia, quod Titularis eos percipit ſtatim adeptâ poſſeſſione Canonicatus; Penſionarius verò debet expectare tempus præſcriptum ad ſolutionem Penſionis, nempè Menſem Martii, & Menſem Septembris; ſed hæc expectatio non derogat juri ſuo, neque Penſioni uſque de Anno 1678. ſuper fructibus
14 illius anni ſibi debitæ, juxtà commune dictum, Quod differtur, non aufertur. Barboſa *Axiom. 196. num. 12* ubi DD.

Quintò, nec conſentiebat Dominus Comes Borromeus aſſertioni ſui Prædeceſſoris, quod Penſiò fuerit reſervata ſuper Canonicatu *die 2. Decembris* 1678. juxtà datam Litterarum ſuper ea expeditarum; & ideò pro ejus ſolutione non eſſent affecti niſi fructus anni ſequentis 1679. Quia hoc eſt magnum æquivocum, & intolerabilis offenſio veritatis; fuit enim de Menſe Majo ejuſdem Anni 1678. ſignata Supplicatio conceſſionis Canonicatus in perſonam Domini Varotti; & eodem tempore, imò eodem contextu fuit reſervata
15 Penſio ad favorem Domini Joannis Clodii, & ideò ipſa Penſio ortum habuit dicto Menſe Majo 1678. & ab eo Menſe cæpit ſibi deberi, ob concordem doctrinam tùm Loterii *de Re benefic. lib. 1. quæſt. 37. num. 56. & lib. 3. quæſt. 1. num. 15. & ſeqq.* tùm Tonduti *de Penſion. cap. 50. num.* 18. tùm etiam Emin. Card. de Luca *eod. tract. diſc. 1. num. 3. & diſc. 40. num. 7.* ubi pro indubitabili ponit, quod Penſio quo ad conceſſionem, & reſervationem, quam de ea Pontifex facit, non requirit ſcripturam; & Litteræ, quæ poſtea ex-
16 pediuntur ſuper reſervatione ejuſdem Penſionis non concernunt ſubſtantiam gratiæ, neque ipſam reſervationem; ſed ſolam habilitatem exigendi ipſam Penſionem; & idem firmat *diſc. 44. num.* 10. ideòque poſt expeditas Litteras, ſi ex forma conceſſionis, ac reſervationis Penſio ſit debita, ſeu maturata ante expedi-

Digitized by Google

peditionem Litterarum, non impeditur Penſionarius eam exigere etiam pro tempore decurſo ante eandem Litterarum expeditionem, ut in puncto advertit idem Emin. Card. de Luca *d. tract. de Penſionib. diſc.* 10. *num.* 10. *&* 11. ubi ita ſcribit: *Gratia (Penſionis) eſt perfecta illicò quod ſignata eſt Supplicatio, neque alter actus perficiens deſideratur. Licèt enim exigi ſoleat conſenſus Titularis in expeditione Litterarum, vel ad ſatisfaciendum Regulæ 45. Cancellariæ, vel pro majori cautelà Penſionarii; attamen iſte non reſpicit ſubſtantiam, vel perfectionem gratiæ juxtà auctoritates, de quibus proximè infra. Pròut licèt omninò neceſſaria ſit expeditio Litterarum, ſine qua Penſio exigi non poteſt ſub pœna amiſſionis, juxtà ea, quæ habentur infra in Turritana diſc.* 30. *attamen id procedit ratione decreti, quod in eadem reſervatione adiici ſolet pro juribus, ac emolumentis Officialium; ſed pariter non percutit ſub-*
17 *ſtantiam, vel perfectionem; quoniam expeditis Litteris exigi poſſunt, ac debentur termini ante expeditionem decurſi, computando tempus à die ſignatæ Supplicationis, ex quo gratia perfecta eſt, ut dicto diſc.* 30. *num.* 10.

Sequitur ex hac fundamentali doctrina, quod licèt Canonicus Anteceſſor poſt obtentam gratiam Canonicatus de Menſe Majo 1678. procraſtinaverit præſtare conſenſum Penſioni, eodem Menſe Majo reſervatæ, uſque ad diem 2. Decembris ejuſdem Anni 1678. (quo die fuerunt expeditæ Litteræ tùm ſuper collatione Canonicatus, tùm ſuper reſervatione Penſionis) per hoc dicere non poteſt, quod Penſio reſervata fuerit die 2. Decembris 1678. & ab eo die ſumpſerit initium Gratia ejuſdem reſervationis, quia, ut probatum eſt ſuperioribus auctoritatibus, incæpit Menſe Majo, à die ſignatæ Supplicationis; ad quem retrotrahendum
18 eſt tempus datæ expeditionis Litterarum ad effectum cognoſcendi, à quo die incipiat gratia ejuſdem Penſionis, & ea ſit debita Penſionario, ut benè inquit etiam Rota in *Cæſarauguſtana Penſionis* 17. *Martii* 1653. coram Peutingero, quæ impreſſa eſt apud Tondut. *tract. de Penſion. deciſ.* 17. *num.* 5. ubi alii DD. allegantur. Idcircò quamvis Canonicus Anteceſſor ex induſtria fecerit inſerere in Litteris, ut Penſio ſolveretur in Menſibus Martii, & Septembris ſequentis Anni 1679. per hoc non deſtruitur exiſtentia Penſionis reſervatæ ſuper fructibus Canonicatus Anni 1678. ex quibus eſt omninò ſolvenda, & ad eos eſt reportanda; etſi ſolutio ſit poſticipata, & de anno in annum poſticipatè ſolvatur; ſemper enim amborum terminorum ſolutio cujuſcunque Anni habet relationem ad fructus Canonicatus habitos, & collectos antecedente Anno.

Sextò tandem reſpondebat prædictus Comes Canonicus Succeſſor Deciſioni Rotæ 647. *part.* 18. *recent.* ex adverſo allegatæ, quod ipſa non applicabatur caſui præſenti; nam loquebatur non de Penſione poſticipata, ut in hac Diſcordia; ſed de Penſione, cujus termini pendebant à fructibus illius anni, in quo Succeſſor
19 cæperat poſſeſſionem beneficii, & erat obtenturus fructus ejuſdem Anni; Ideò ſententiatum fuit, ſolutionem Penſionis illius Anni eſſe ab eo faciendam; quia Penſio pendet à fructibus. At in caſu hujus Diſcordiæ Penſio eſt poſticipata, & pendet à fructibus Anni antecedentis, ut demonſtratum eſt, quos fructus cum perceperit Canonicus Anteceſſor, ad eum quoque ſpectat ſolutio Penſionis pro dicto Anno ex auctoritatibus ſupra allegatis, & aliis ab Emin. Card. de Luca adductis, præſertim *de Penſion. diſc.* 28. *num.* 2. ita repetendo hanc veritatem dicente: *Verior tamen in Rota, & in Curia recepta eſt opinio pluries dicto diſc.* 25. *& alibi inſinuata, ut nulla terminorum ratio haberi debeat, cum illi ſolam commoditatem ſolvendi, non autem ſubſtantiam Penſionis percutiant; ſed totum pendeat à perceptione, & qualitate fructuum, ad quorum ratam, ac portionem Penſionis onus regulari debet, cum pluries inſinuata regula, ut quot ſunt recollectæ,*
20 *tot ſint Anni integri Penſionis; atque quælibet recollecta ſolvat duos terminos, vel annum integrum juxta pluries inſinuatas Rotæ deciſiones apud* Peniam *deciſ.* 703. Cavalerium *deciſ.* 129. *Latè* Duran, *deciſ.* 448. *cum aliis per* Loterium *lib.* 1. *q.* 44. *num.* 16. *& in præcedentibus præſertim in Neritonen. diſc.* 24. Concludebat igitur Dominus Canonicus Borromeus, Anteceſſorem ſuum habuiſſe undecim integras recollectas fructuum, ab Anno ſcilicèt 1678. incluſivè uſque ad annum 1688. pariter incluſivè; Idcircò ſolvere debere terminos 22. Penſionis; cumque uſque ad dimiſſionem Canonicatus ſolverit ſolummodò terminos viginti, obligatum eſſe ſolvere alios duos terminos; hos videlicèt, quorum dies ſolutionis venerant in Menſe Martio, & in Menſe Septembri 1689.

Talis erat ſtatus Diſcordiæ inter hos duos amiciſſimos Canonicos; & antequam Judices Arbitri ſententiarent ſuper illam, accidit obitus Penſionarii Anno 1690. Quare Dominus Canonicus Borromeus promptè ſolvit ejus heredibus duos terminos Penſionis pro fructibus per ſe perceptis Anno 1689. nec ulteriùs actum eſt de Diſcordia iſtâ.

DISCORDIA XI.

ARGUMENTUM.

Penſio Auctoritate Apoſtolicâ ſuper fructibus Eccleſiæ Parochialis per obitum vacantis, quamvis purè, & ſine Clauſula *Dummodò remaneant centum pro Rectore* reſervata, non eſt ſolvenda, ſi fructus non ſufficiant pro congrua Parochi ſuſtentatione, pro publicis gravedinibus, ac aliis neceſſariis expenſis Eccleſiæ. Sufficientia, vel inſufficientia fructuum à quo ſit probanda? Penſionarius an obligari poſſit ad exigendos fructus beneficii cum cautione de ſolvenda congrua ipſi Parocho, & aliis oneribus ſupportandis? In quot Ducatis taxari debeat ipſa congrua? & qualis ſit valor eorundem Ducatorum?

SUMMARIUM.

1 *Penſio Duc.* 60. *Auri de Camera reſervata ſuper fructibus Parochialis Pluvenarum.*
2 *Litteræ Penſionis non egent juſtificatione, quando Penſio eſt pura, & ſine clauſula* Dummodo remaneant centum pro Rectore.
3 *Litteris Apoſtolicis ſtatim danda eſt executio.*
4 *Titularis, qui conſenſit reſervationi Penſionis, non poteſt eam impugnare.*
5 *Congrua portio pro Parocho eſt privilegiata, & ante quæcunque alia onera ei ſolvenda.*
6 *Clauſula* Dummodo remaneant centum pro Rectore *ſemper intelligitur in reſervatione Penſionis, etſi non ſit expreſſa.* & num. 25.
7 *Congrua Parochi ordinata eſt per Sacros Canones, & per S. Concil. Tridentinum.*
8 *Concilio Tridentino eſt expreſsè derogandum, ſi Penſio imponatur ſuper fructibus Parochialis non excedentibus ſummam Duc.* 100. & num. 9.
10 *Bovi triturant non eſt os alligandum.*
11 *Altari qui ſervit, de Altare vivere debet.*
12 *Congrua Parochi habet prælationem contra obligationes quaſcunque:*
13 *Patronus pauper præfertur Penſionario ſuper fructibus beneficii.*
14 *Parochus circa congruam præfertur etiam Patrono pauperi.*
15 *Clericus quicunque cedens bonis non poteſt à creditoribus moleſtari.*

16 *Con-*

Digitized by Google

16 *Congrua Parochi concernit etiam intereſſe Parochianorum ejus.*

17 *Actio realis tantùm competit Penſionario, ſi Titularis non ſe obligavit ſolvere de proprio.*

18 *Congruæ Parochialis cauſa ſuſpendit quodcunque aliud judicium petitorium, & poſſeſſorium.*

19 *Venter non patitur dilationem.*

20 *Congrua eſt priùs ſolvenda Parocho, quàm Penſio Penſionario ex Rotæ Rom. ſententia.*

21 *Clauſula* Dummodo remaneant centum pro Rectore *tacitè ineſt in reſervatione Penſionis.*

22 *Conſenſus Parochi in reſervatione Penſionis non præjudicat congruæ ſibi debitæ.* Et num. 25.

23 *Penſionis ſolutio præfertur congruæ Titularis in beneficijs ſimplicibus tantùm.*

24 *Parochi egere non debent, ne ſint ludibrio Parochianis, quos tenentur redarguere.*

26 *Probare ſufficientiam fructuum beneficii an ſpectet ad Penſionarium?*

27 *Fructuum beneficii ſufficientia non eſt probanda, quando Titularis eos cedit, reſervatâ ſibi congruâ portione.*

28 *Expenſæ candelarum, hoſtiarum, vini &c. detrahendæ in aſſignanda congrua Parochis.*

29 *Æſtimi regiſtrum probat valorem beneficii.*

30 *Penſionarius num obligari poſſit ad colligendos fructus beneficii, cum cautione ſolvendi congruam Parocho, & publicas gravedines?*

31 *Favori pro ſe introducto quilibet renunciare poteſt.*

32 *Penſio vel diminuitur, vel extinguitur, ſi detractâ Parochi congruâ, fructus vel pauci, vel nulli remaneant.*

33 *Congruæ Parochialis quantitas, ac Ducatorum valor qualis eſſe debeat?*

34 *Ducati valor intelligitur ſecundum morem regionis, ſecundum aliquos DD.*

35 *Secundum alios de Scutis argenteis juliorum* 10. *pro Scuto.*

36 *Vel de Ducatis aureis de Camera juliorum* 16. *pro Ducato.*

37 *At ſecundum alios pendet à Judicis arbitrio.*

38 *Incerta non ſunt computanda in Congrua Parochi. Incertorum duæ ſpecies.*

CUm vacaſſet Parochialis Eccleſia S. Stephani Pluvenarum, ſita in Territorio Vicentiæ, ſed ſubjecta Epiſcopatui Patavino, quem tunc regebat Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus, Felicis recordationis, Georgius Cornelius Sereniſſimi Ducis Reipublicæ Venetæ Joannis Cornelii Filius; in concurſu tanquam dignior fuit ab eodem Antiſtite præelectus Rev. Franciſcus de Comitibus Sacerdos Diæceſanus; quem oportuit Litteras collationis hujus Parochialis à Dataria Summi Pontificis obtinere, quia vacatio contigerat in Menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato. Receptis Litteris, ac poſſeſſione beneficii prædicti captâ, per triennium ipſe exercuit curam animarum abſque ulla moleſtia, ſeu Diſcordia; quæ tamen illum poſteà apprehendit per inſtantiam ei factam ab Illuſtriſſimo Joanne Baptiſta Comite Camutio Clerico ſolutio-
1 nis Penſionis Ducatorum 60. auri de Camera, ſuper fructibus dictæ Parochialis certis, & incertis in actu collationis ejuſdem ſibi annuatim ſolvendæ per Papam reſervatæ; prout ex Litteris expeditis ſuper hujus Penſionis reſervatione, quas intimari, ac notificare fecit antedicto Parocho de Comitibus. Ipſe putabat ſe recepiſſe hanc Parochialem liberam ab onere Penſionis, quia per tres integros annos à nemine fuerat petita; etſi pro recipiendis Bullis ſuæ collationis fecerit mandatum Procuratori ſuo Romæ cum facultate præſtandi conſenſum Penſioni, quam Summus Pontifex pro perſona nominanda reſervare cogitabat. Augebatur moleſtia hujus Penſionis, quia in Litteris à prædicto Domino Penſionario expeditis, non erat inſerta clauſula conſueta *Dummodo remaneant centum pro Parocho, &c.* Cumque antedictus Parochus prætenderet Eccleſiam Pluvenarum ob tenuitatem fructuum non poſſe onus illius Penſionis ſufferre, paratuſque eſſet cedere omnes fructus eidem Penſionario, detractâ priùs congruâ ſibi de Jure debitâ, publicis gravedinibus Decimarum Papalium, Subſidiorum pro bello Turcarum, Dadiis, & aliis neceſſariis expenſis, Penſionarius non acquieſcebat huic oblationi, & inſtabat, à Titulari ſibi Penſionem ſolvi, ac Litteris Apoſtolicis executionem dari.

Deductâ igitur hac Diſcordiâ ad forum Epiſcopale Patavinum, in ejus agitatione de quatuor contigit diſputare.

1. *An Congrua pro Parocho ſit priùs deducenda, cum aliis expenſis publicis, ac privatis huic Parochiali incumbentibus; vel potiùs his omnibus poſtpoſitis Penſio ipſa ſit ſolvenda?*
2. *Quis debeat probare quantitatem fructuum hujus Parochialis?*
3. *An in hoc caſu Penſionarius teneatur acceptare adminiſtrationem fructuum beneficii, præſtitâ cautione de Congrua ſolvenda, ac aliis oneribus Eccleſiæ?*
4. *Cujus quantitatis eſſe debeat ipſa Congrua?*

Quo ad Primum. Penſionarius inſiſtebat, ut in primis, & ante omnia ſua Penſio ſibi ſolveretur, nulla habita conſideratione ad prætenſam congruam Titularis, & ad alia onera, ſeu expenſas beneficii; & hoc ex duabus præcipuis rationibus. *Una*, quod
2 ejus Litteræ erant juſtificatæ; quia nulla in eis legebatur conditio, ad quam juſtificandam ipſe obligatus foret, & multò minùs, quod ante ſolutionem Penſionis, congrua detraheretur pro Titulari; non enim in eis erat inſerta clauſula *Dummodo remaneant centum, &c.* idcircò attentâ juſtificatione Litterarum
3 Apoſtolicarum, ipſis erat danda executio abſque ulla retardatione juxtà communem Theoricam Canoniſtarum, & Rotæ Romanæ. Gloſſa in *cap. Si capitulo. Verb. exequatur. De Conceſſ. Præben. in 6.* Mohedan. *deciſ.* 13. *Ut Lite pend.* Rota *part.* 2. *recent. deciſ.* 605. *num.* 2. Item *part.* 4. *recent.* 520. *num.* 27. *tom.* 3. nec non *part.* 5. *Deciſ.* 551. *num.* 1. *vol.* 2. Et aliis omiſſis eadem Rota *in Eugubina Penſionis* 7. *Aprilis* 1617. coram Manzanedo, quæ habetur inter impreſſas poſt Poſtium *de Manut. deciſ.* 309. ubi *num.* 1. & 2. firmat quod Litteræ Penſionis habent executionem paratam; & quod nulla juſtificatio eſt neceſſaria, quando apparet, Penſionem fuiſſe purè reſervatam, ut in præſenti Diſcordia. *Altera* ratio erat, quia Titularis conſenſerat huic Penſioni, ut ex tenore earundem Litterarum, & ex regiſtro conſenſus Procuratoris ejus; undè non poterat
4 venire contra eundem conſenſum, & obligationem in forma Cameræ de Penſione ſolvenda; quod ſi fructus ſint tenues, debet ſibi imputare, cur acceptaverit Eccleſiam cum tali onere; adeòut hodiè minimè poſſit congruæ augmentum petere, ut latè Rebuff. *de Congrua quæſt.* 12. *num.* 21. Rota coram Emin. Card. Mantica *deciſ.* 22. *num.* 1. & *deciſ.* 201. *num.* 4. & idem firmavit Rota coram Gregor. XV. *deciſ.* 429. *num.* 4. & *deciſ.* 431. *num.* 12. & noviſſimè legitur apud Emin. Card. de Luca *de Penſionib. diſc.* 17. *num.* 7. ubi quod in tali caſu, ſi fructus beneficii non ſufficiant, debet ſolvere de proprio, aut beneficium ipſum dimittere.

His tamen non obſtantibus ego, qui tunc Advocati munere fungebar, in diſputatione hujus Diſcordiæ coram Reverendiſſimo Vicario Epiſcopali Patavino, dicebam in primis, & ante omnia ex fructibus Parochialis prædictæ Pluvenarum eſſe deducendam, & aſſignandam congruam eidem Parocho ex ſequentibus conſiderationibus.

Primò, quia congrua pro Parocho privilegiata eſt de Jure, & deducenda eſt ante omnes alias ſolutio-

nes, adinſtar expenſarum, quæ fiunt pro recollectio-
5 ne fructuum juxtà text. in *cap. Cum ſecundum. De*
Præbend. & *in cap. 1. eod. tit. in 6.* Emin. Card. de
Luca *de Penſion. diſc. 16. num. 7.* & ibi Rota coram
Gregor. XV. *deciſ. 507. num. 5.* & *in una Campanien.*
Penſionis, quam magiſtralem appellat, impreſſa poſt
Marcheſan. *de Commiſſion. part. 1. fol. 547.*

Secundò, quia adeò privilegiata eſt hæc congrua
pro Parocho, ut quamvis in reſervatione Penſionis
non ſit expreſſa clauſula *Dummodo centum Ducati re-*
6 *maneant pro Rectore*, nihilominùs ea ſit intelligen-
da, quia ineſt ipſo jure in Penſione impoſita ſuper
Eccleſia Parochiali, etiamſi non exprimatur, ut in
puncto ait Rota poſt Tondut *de Penſionib. deciſ. 32.*
num. 2.

Tertiò, quia hæc congrua impugnari à nemine
poteſt, cum ſit ordinata tùm per Sacros Canones
in cap. Extirpandæ. in cap. De Monachis. De Præ-
7 *ben. in cap. 1. eod. tit. in 6.* tùm per Sacrum Conci-
lium Tridentinum *ſeſſ. 24. de ref. cap. 13.* ibi: *Ad*
hæc in poſterùm omnes hæ Cathedrales Eccleſiæ, qua-
rum redditus Summam Ducatorum mille; & Parochia-
les, quæ Summam Ducatorum centum, ſecundum ve-
rum annuum valorem non excedunt, nullis penſioni-
bus, aut reſervationibus fructuum graventur. Cui
Conciliari diſpoſitioni eſſe expreſsè derogandum cum
8 Penſio aliter imponitur ſcribit Azorius *Inſtit. Mor.*
part. 2. lib. 7. cap. 21. quæſ. 8. ex Rota coram Puteo
deciſ. 494. lib. 2.

Quartò, quia hanc expreſſam derogationem tùm
Sacrorum Canonum, tùm Sacri Tridentini Con-
cilii, circa congruam, vel Epiſcopis, vel Parochis
reſpectivè debitam, eſſe omninò neceſſariam dicit
etiam Rota *part. 14. recent. deciſ. 342. num. 4.* his
verbis: *Imò cum ſtatutum ſit in corpore Juris, con-*
gruam Epiſcopo, (& Parochis) deberi, ad effectum
9 *ut huic expreſſæ Juris diſpoſitioni derogatum dicatur;*
ſpecialis, explicita, & individua derogatio requiri-
tur; nec ſufficit generalis; quia non eſt veriſimile,
quod Papa tollere voluerit legem ſcriptam, nec jus
commune. Roman. *conſ. 498. num. 8.* Gonzalez *ſu-*
per Reg. 8. Cancell. gloſſ. 36. num. 34. & 35. Me-
noch. *lib. 6. Præſumpt. 40. num. 25.* Rota *deciſ. 513.*
ſub num. 10. part. 1. recent. Porrò in Litteris Domini
Penſionarii Camutii nulla expreſſa derogatio congruæ
Titulari debitæ legebatur.

Quintò, quia etiam in Jure, & ratione naturali
fundata eſt hæc prærogativa congruæ Parochis curam
animarum exercentibus in primis, & ante quoſcun-
10 que alios ſolvendæ; tùm quia ligari non debet os bo-
vis triturantis, ut ait Gloſſa *in cap. Extirpandæ. De*
Præbend. tùm quia qui Altari ſerviunt, de Altare
vivere debent. *cap. Cum ſecundum Apoſtolum. eod.*
tit. de Præbend. cap. Ex his 12. q. 1. Loterius *de Re*
11 *benefic. lib. 1. q. 11. num. 25.* Nicolaus Noalis *conſ. 94.*
num. 9. & per conſequens ipſe Parochus in exigenda
ſua congrua omnibus eſt præferendus, obligatio enim
ejuſdem congruæ impoſita eſt in creatione beneficii,
& prælationem habet contra quoſcunque alias obli-
12 gationes, arg. text. *in §. His conſequens. Auth. De*
æqualit. dot. l. Interdum. C. qui potior. in pignore
habeant. Noalis *conſ. 21. num. 2.* & Rota coram
Gregor. XV. *deciſ. 507. num. 5.* ubi loquuntur in con-
curſu Titularis, & Penſionarii circa ſolutionem con-
gruæ, & Penſionis.

Sextò hucuſque dicta probantur multò magis ex
eo, quod ſi Penſionarius in petenda Penſione concur-
rat cum Patrono paupere beneficii petente alimenta
13 ex fructibus ejuſdem beneficii, in hoc concurſu Pen-
ſionarius cogitur cedere; ſiquidem Patronus ei præfer-
tur, ut deciſum refert Riccius *Reſolut. 283. part. 3.*
num. 4. ea ratione, quia Patrono egenti debentur ali-
menta ab Eccleſia de jure naturæ. Idem Riccius
Reſolut. 282. d. part. 3. Et nihilominùs ſi in petitione
alimentorum Patronus concurrat cum Parocho Ec-
cleſiam poſſidente, præfertur Parochus Patrono;
nam priùs eſt alendus Parochus, & alii Eccleſiæ Mi-
niſtri, quàm ipſe Patronus. *cap. Ita nos. 25. q. 2.*
14 Gloſſa *in cap. Quicunque. 16. q. 6. Verb. ad inopiam.*
Butrius, & Abbas *in cap. Nobis. De Jurepatron.*
Paulus de Cittadin. *eod. tract. part. 6. art. 4. num. 158.*
Rochus de Curte *Verb. Et utile. num. 252.* Surdus
in tract. de Alimentis tit. 7. quæſt. 32. num. 2. ubi
plures DD. cumulat, & Riccius *d. part. 3. reſol. 286.*
num. 2. Ergo multò magis Parochus eſt præferendus
in ſua congrua conſequenda, ſi cum eo concurrat
Penſionarius in petenda Penſione.

Septimò valdè favorabilis etiam videbatur pro præ-
latione congruæ ſupradicti Parochi Pluvenarum in
concurſu cum Penſionario doctrina Emin. Card. de
Luca *de Penſion. d. diſc. 17. num. 10.* his verbis ex-
tenſa: *Si enim (inquit) juxta alios inſinuatos termi-*
nos textus in cap. Odoardus. De Solution. & cap.
Pervenit. De Fidejuſſor. *Simplici Clerico etiam ad-*
15 *verſus debita perſonalia, & cum perſonali obligatione*
contracta ex cauſa mutui, vel alia correſpectiva, con-
ceditur effugere creditorum moleſtias, ac effectus pro-
ceſſus executivi cum ſola indicatione ſuorum bonorum
ponendorum ſub Judicis adminiſtratione, ut priùs ipſius
debitoris congrua alimenta aſſignentur; id autem quod
ſupereſt, ſit creditorum, quoties non agatur de debitis
ex cauſa doli, vel delicti, juxtà ea, quæ habentur in
ſua materia ſub tit. de Credito: *Quod generaliter ha-*
betur in Militibus, aliiſque privilegiatis perſonis &c.
Multò *magis id recipiendum eſt iſto caſu ex duplici*
majore ratione. Primò ſcilicèt, quod præſertum in Epi-
ſcopis, ſeu Parochis, ac aliis Titularibus cum aliqua
16 *adminiſtratione, non ſolùm urget ratio decoris Ordi-*
nis Clericalis, ſeu Eccleſiaſticæ Dignitatis, quæ ur-
get in terminis d. cap. Odoardus. cum ſimilib. *Sed*
etiam urget favor, vel intereſſe ipſius Eccleſiæ, quæ
eſt domina bonorum, ac jurium, ex quibus fructus per-
cipiuntur; ac etiam jus, & intereſſe eorum, qui ſub
Eccleſiæ, ejuſque Prælati cura, & adminiſtratione
vivunt. Idcircò tùm ex Privilegio Clericali, tùm ex
intereſſe Parochianorum, quorum curam ſpiritualem
Parochus gerit, ejus Congrua debet præferri cuicun-
que creditori, & etiam ipſi Penſionario.

Octavò concurrit etiam alia ratio, quam inſinuat
ipſemet Emin. Card. de Luca *de Penſion. d. diſc. 17.*
num. 12. & 13. videlicèt, quod hoc debitum Penſio-
nis, ubi Titularis non ſe obligavit ſolvere de pro-
17 prio, non eſt perſonale, & proprium, ſed ſolùm cau-
ſativum, ſeu occaſionale: ex quo oritur ſola actio
realis ad favorem Penſionarii, ut poſſit agere contra
fructus, ſi & quatenùs aliqui remaneant, deductâ
priùs congruâ, ac aliis oneribus privilegiatis, ut be-
nè obſervat Rota coram Gregor. XV. *d. deciſ. 507.*
coram Buratto *deciſ. 448.* nec non *part. 1. recent. de-*
ciſ. 428. & latè proſequitur Amatus. *Reſol. 21. in*
princ.

Nonò favet id, quod ſcribit Mareſcott. *Var. reſol.*
lib. 2. cap. 83. num. 8. & Noalis *d. conſ. 94. num. 2.*
nempè quod cauſa congruæ alimentariæ præfertur
18 cuicunque alteri judicio, & ſuſpendit, ac ceſſare fa-
cit tàm petitorium, quàm poſſeſſorium, ea ratione
quia venter dilationem non patitur, & ex dilatione
alimentorum imminet irreparabile vitæ periculum.
19 *l. Necare ff. De Liber. agnoſcen. l. ult. in fin. C. De*
Alimen. pupill. præſtan. quapropter quocunque modo
Penſionarius petat, ejus inſtantia nec audiri, nec
exaudiri poteſt; niſi priùs aſſignata ſit prædicta
Congrua alimentaria Parocho animarum curam
gerenti; ut etiam probat Gratian. *Diſcept. for. cap.*
899.

Decimò tandem juvant plurimæ Rotæ deciſiones,
in quibus jugiter declaratum eſt, Congruam Paro-
chi tanquam privilegiatam eſſe præferendam ſolu-
tioni quarumcunque Penſionum; & in ſpecie dixit
Rota *part. 1. recent. deciſ. 420. num. 3.* eadem Rota

part. 14.

Digitized by Google

20 *part. 14. recent. deciſ. 342. num. 2.* noviſſimè *part. 18. recent. deciſ. 351. num. 1.* item *deciſ. 389. per totam;* in qua aliarum plurium Deciſionum, nec non Doctorum ad favorem ipſius Congruæ ſcribentium numerus allegatur, à quibus omnibus pro indubitabili ponitur, quod in primis, & ante omnia deducenda eſt Congrua pro Parocho, ac aliæ expenſæ neceſſariæ; deindè ſi fructus ſuperſint, applicentur Penſionario.

Nec ſubſiſtebant objecta, quæ faciebat Advocatus Domini Comitis Camutii in hac cauſa. Non Primum, quod in ſuis Litteris non ſit expreſſa clauſula *Dummodò remaneant centum, &c.* & ideò haberent executionem paratam; & abſque alia contradictione eſſent exequendæ; quia reſpondebatur, prædictam Clauſulam; quæ expreſſa non legitur, ineſſe tamen
21 tacitam in iiſdem Litteris, ut dictum eſt *ſupra n. 6.* eaſque mereri executionem, quando Penſionarius eſt in poſſeſſione exigendi, ſecùs ſi nunquam Penſionem exegerit, ut in præſenti caſu. Poſtius *de Manut. obſer. 18. num. 41. & 42.* Rota poſt eundem Poſtium *deciſ. 278. num. 6. & 7.* prout etiam *deciſ. 316. n. 1.* in quibus notatur, ita eſſe intelligendas Deciſiones contrarias.

Pariter non obſtabat ſecundum objectum de conſenſu præſtito, ut *ſupra num. 4.* nam ad hoc reſpondet, tùm Rota, tùm Emin. Card. de Luca. Reſponſio Rotæ habetur *d. part. 14. recent. deciſ. 342. num. 7. 8. & 9.* his verbis: *Minùs obſtant conſenſus,*
22 *& obligatio facta per Titularem de ſolvendo hanc Penſionem; Non enim poſſunt operari ultrà conſenſum Papæ.* Mellin. *deciſ. 127. num. 6. & coram* Card. Seraphin. *deciſ. 1017. num. 3. Verſ. Quia tunc conſenſus. Sicut parùm refert, quod Titularis ſibi imputare debeat, cur Eccleſiam acceptaverit cum tali onere, nec poſſit modò Congruæ augmentum petere &c. Nam hæc regula non habet locum in Congrua debita, ne viloſcat dignitas Sacerdotalis, & ſic ne fiat præjudicium Ordini, ut reſpondit* Rota *deciſ. 420. num. 4. part. 1. & deciſ. 449. num. 5. part. 2. & deciſ. 230. num. 7. & 8. part. 6. recent.* Adden. ad Gregorium XV. *deciſ. 479. num. 8. Verſ. tamen hoc procedit.*

Ipſe verò Emin. Card. de Luca *de Penſion. d. diſc. 17. num. 16.* reſpondet, præſatum objectum de conſenſu præſtito &c. poſſe habere locum in ſimplicibus Beneficijs, ſecùs in habentibus curam animarum, ita dicens: *Id rectè practicabile eſt in aliis beneficijs, in*
23 *quibus formale Matrimonium ſpirituale non contrahitur, undè ex ſimplici conſenſu, vel acceptatione Superioris dimiſſio ſequi poteſt; non autem ubi accedit formale Matrimonium præſertim in Eccleſiis Cathedralibus, (& Parochialibus) in quibus reſultat in Titularibus ſuſceptio diverſi honorifici, & qualificati ſtatus irretractabilis; Ideòque iſte rigor commendabilis quidem videtur in ijs, qui ſe obligant de proprio; in aliis autem videtur improbabilis.*

Neque omittenda ſunt verba ſupracitatæ Rotæ *deciſ. 420. part. 1. recent.* quæ *num. 4. & 5.* ſunt hujuſmodi: *Nec obſtat, quod illi ſit imputandum, ſi tenue beneficium acceptavit &c. Nam iſta congrua debetur Parochis, ne aliàs intenti ad quærendum ſibi victum deſerant curam animarum; vel aliàs ipſi ob nimiam ege-*
24 *ſtatem in illa exercenda committant, quæ non debent committere: ſivè etiam ne ob prædictam egeſtatem ſint ludibrio ipſis Parochiantis, quos debent coercere, & à quibus debent revereri. Et proindè cum iſta non concernant intereſſe ipſius Parochi, ſed Ordinis Parochorum, & curæ animarum, conſenſus Parochi tacitè elicitus ex*
25 *acceptatione tenuis beneficii in nulla debet haberi conſideratione; cum aliàs* (notetur) *neque expreſſus ſuffragetur ad prædictum effectum, ut per* Rebuff. *d. tit. de Congrua quæſt. 12. num. 91.* Igitur ex his omnibus firmatum remanſit, quod priùs eſt ſolvenda Congrua ipſi Parocho, quàm Penſio eam petenti; quod ſi fructus pro utraque non ſufficiant, Penſionarius eſt licentiandus, prout contigit in caſu iſto Parochialis Pluvenarum.

Quo ad ſecundum, in quo quærìtur, ad quem ſpectet probare, fructus beneficii eſſe, vel non eſſe ſufficientes? Facilis eſt reſponſio, quæ colligitur ex Rota, ac Doctoribus; ſub generali diſtinctione, An in reſervatione Penſionis, & in ejus Litteris ſit inſerta Clauſula *Dummodò remaneant centum pro Rectore*, vel non ſit inſerta. Primo caſu ſpectat ad Penſiona-
26 rium probare ſufficientiam fructuum beneficii tàm pro ſolvenda congrua, quàm pro Penſione ſibi danda, ut reſpondit Rota *part. 3. recent. deciſ. 747. num. 1.* verbis iſtis: *Cum Penſio reſervata fuiſſet ſub clauſula ſolita,* Dummodò remaneant centum liberi pro Rectore; *& conditio eſſet appoſita diſpoſitioni, & non executioni, onus probandi ſpectabat ad Penſionarium, quia Penſio non erat pura, ſed conditionalis, ut coram* Seraphin. *deciſ. 1074. num. 4. &c.* Secundò caſu, quando ſcilicèt Penſio eſt pura, & in Litteris non habetur clauſula *Dummodo remaneant centum &c.* tunc Penſionarius non tenetur ad ullam juſtificationem Litterarum; ſed ipſe Titularis, qui prætendit, fructus non eſſe ſufficientes, debet id probare, ut centies reſpondit Rota, cujus Deciſiones allegat Adden. ad Burattum *deciſ. 261. ſub num. 17.* item Adden. ad Gregor. XV. *deciſ. 57. num. 11. & 12.* & ſcribit Mareſcottus *Var. Reſol. lib. 2. cap. 1. num. 75.* ac Emin. Card. de Luca *de Penſ. diſc. 2. num. 5.*

Eſt tamen verum, quod ceſſat neceſſitas juſtificandi ſufficientiam fructuum beneficii, quando Titularis ſe paratum offert eos omnes cedere Penſionario, cum hoc tamen ut ſibi ſolvat congruam alimentariam, & ſatisfaciat aliis oneribus tùm publicis, tùm privatis eidem beneficio incumbentibus, ut benè advertit Emin. Card. de Luca *de Penſion. d. diſc. 17. num. 15.*
27 ita ſcribens: *Iſta juſtificatio neceſſaria eſt, quando agitur de exceptione impugnativa, ad effectum ut Judex decernat Penſionem non deberi, atque Eccleſiam eſſe ejus incapacem. Sed ubi agitur de hujuſmodi exceptione modificativa, per quam Titularis dat manus, ut ab ipſis Penſionariis capiantur omnes fructus, atque detractâ ejus congruâ tanquam potiori, & privilegiata ſibi ſatisfiat, non videtur ad quid iſta probatio deſideranda ſit? intrat enim dilemma clarum, Aut Penſionarii dicunt fructus ſufficientes, & ita habent intentum, nihilque eis deperit. Aut negant, vel ſuſpicantur? Et juſtum non eſt, ut Titularis de proprio non obligatus debeat de proprio ſolvere Penſiones.* Juxtà hanc doctrinam ceſſabat in hac Diſcordia ulterior diſputatio hujus articuli, quia Parochus Pluvenarum fecerat oblationem fructuum quorumcunque in actis cauſæ, & coram Judice ipſimet Penſionario, ſalva tamen ſua congrua alimentaria, & ſolutione publicarum gravedinum beneficii. Porrò Penſionarius recuſaverat dictam oblationem, & noluerat acceptare adminiſtrationem fructuum; & ideò Parochus Pluvenarum ſtatim ſe accinxit ad probandam eorundem fructuum inſufficientiam; & quidem facilè, per præſentationem publici æſtimi ejuſdem Eccleſiæ, in quo notati, & expreſſi erant omnes redditus à ſuis Prædeceſſoribus, ex quorum computatione, detractis oneribus Decimarum, ac Subſidiorum Papalium, nec non
28 Dadiarum, & aliarum impoſitionum, Hoſtiarum, Vini, Candelarum pro feſto Purificationis Deiparæ, manutentionis tectorum domorum, ſolutionis Cathedratici, ac aliarum expenſarum inevitabilium in Parocho, ex Rota coram Bichio *deciſ. 255. num. 24. & part. 18. recent. Deciſ. 130. num. 10.* probabatur concludenter inſufficientia fructuum pro ſolvenda Penſione ex ſola lectura apoſlixiæ ipſius æſtimi publici;
29 quod de Jure probationem facit. Emin. Card. Tuſcus *litt. C. Verb. Cataſtrum. concluſ. 128.* & latè Nicol. Genova Paravinus *De Scriptura privata lib. 5. quæſt. 4. & ſeqq.*

Quo ad Tertium, in quo inquirebatur, an Penſio-

Digitized by Google

narius obligari poſſit ad recipiendam fructuum omnium Beneficii exactionem, cum cautione ſolvendi congruam Titulari, & alia onera quæcunque? Reſolutio fuit negativa tùm ex auctoritate Rotæ poſt Poſtium
30 *de Manut. deciſ.* 163. *num.* 6. & 7. tùm ex doctrina Emin. Card. de Luca *de Penſion. d. diſc.* 17. *num.* 8. & duplex aſſignatur ratio: *Una*, quod qui habet Penſionem reſervatam in pecunia non eſt obligandus eam in fructibus recipere. *Altera*, quod hujuſmodi ceſſio fructuum, quam facit Titularis, videtur reſpicere favorem Penſionarii, & quilibet renunciare po-
31 teſt favori pro ſe introducto. *Cap. Ad Apoſtolicam. De Regular. cap. Si de terra. in fin. De Privileg. l. Cum pater. §. Libertis ff. de Legat.* 2. *l. Poteſt. ff. de Legib.* Menoch. *conſ.* 89. *n.* 97. & alii congeſti per Barboſam *Axiom.* 96. *num.* 2. Eſt tamen verum, quod ubi Penſionarius recuſet fructuum exactionem, & nolit probare eorum ſufficientiam, quando non ſit in poſſeſſione exigendi, ut in præſenti Diſcordia; & è contra Titularis demonſtret eorundem fructuum tenuitatem; itaut detractâ ejus congruâ alimentariâ, & publicis oneribus beneficii, ac aliis neceſſariis expenſis, parùm, vel nihil ex eis ſuperſit, ipſa Penſio vel extincta, vel diminuta remanebit, ex traditis per Roman.
32 *conſ.* 369. *num.* 25. Gambar. *de Offic. Leg. lib.* 6. *à num.* 211. *cum ſeqq.* & *num.* 699. Gigantem *de Penſion. quæſt.* 35. *num.* 4. & *conſ.* 147. Garziam *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 367. & *num.* 400. Loterium *lib.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 54. Tondutum *QQ. Benefic. part.* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 42. Rotam coram Buratto *deciſ.* 369. *num.* 2. & *part.* 4. *recent. deciſ.* 536. *tom.* 3. noviſſimè per Emin. Card. de Luca *de Penſ. diſc.* 4. *num.* 6. & *diſc.* 21. *num.* 2. prout factum eſt in præſenti Diſcordia, in qua Penſionarius nullâ expectatâ Judicis ſententiâ ſe compoſuit cum Titulari in ſumma ſatis tenui aliquot Ducatorum Venetorum, ſibi abſque alia altercatione annuatim ſolvendorum.

Quo ad ultimum; in quo requirebatur, Cujus quantitatis eſſe debeat ipſa Congrua, Parocho ſolvenda? Quatuor dixi reperiri opiniones tùm circa quantitatem,
33 tùm circa qualitatem monetæ, ideſt valoris Ducatorum. Nam ſtando in regula proveniente à Tridentino Concilio *ſeſſ.* 7. *de Ref. cap.* 5. & *ſeſſ.* 24. *de Ref. cap.* 13. quod congrua pro Parocho debeat eſſe centum Ducatorum, prima opinio dicit, quod iſti Ducati intelligendi, & valutandi ſunt juxtà morem cujuſcunque
34 regionis. Ita DD. quos citat, & ſequitur Fagnanus *in cap. Extirpandæ num.* 19. *de Præbend. tom.* 4. Rota *part.* 17. *recent. deciſ.* 245. *num.* 28. & *part.* 18. *deciſ.* 386. *num.* 18. & ſtante hac opinione hic Patavii congrua pro Parocho conſiſteret in libris ſexcentum viginti parvorum, quia totidem valent centum Ducati Veneti Lir. 6:4. pro Ducato. Secunda opinio tenet, quod prædicta congrua declarari debeat in Scutis argenteis centum, quorum valor eſt Juliorum decem
35 pro unoquoque. Ita Antonellus *de Jurib. Clericor. lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 16. *num.* 18. *in fin.* & ibi Barboſa *de Parocho cap.* 29. *num.* 17. atque Sperellus *deciſ.* 68. *num.* 18. & ſecundum hos Doctores congrua Parochi eſſe deberet Juliorum mille parvorum. Tertia opinio ſuſtinet, eandem congruam taxandam eſſe in Ducatis centum Auri de Camera, quorum valor pro unoquo-
36 que aſcendit ad Julios ſexdecim circiter; & ex hac opinione reſultaret, pro congrua eſſe aſſignandas Parocho annuas Libras mille, & ſexcentum; aut veriùs juxtà praxim hujus Sereniſſimi Status Veneti, in qua Ducatus Aureus de Camera computatur in Libras quatuordecim, prædicta congrua foret in Libris mille, & quatuor centum, ut oſtendi *de Benefic. diſcord.* 54. *num.* 31. & pro hac tertia opinione ſtat Rota *part.* 19. *recent. deciſ.* 112. *num.* 4. & 5. præſertim ſi ipſa Penſio reſervata ſit in Ducatis Aureis de Camera. Rota *part.* 17. *rec. deciſ.* 120. *num.* 23. Quarta tandem opinio, quæ verior videtur, & in praxi ſervanda, docet, quantitatem congruæ pro Parocho pende-
re à Judicis arbitrio, qui juxtà qualitatem ipſius Parochi, & loci, ubi eſt ſita Parochia, poteſt vel augere
37 ipſam congruam etiam ſuprà ſummam Ducatorum centum Auri de Camera; vel eam minuere ſecundum regulam prudentis arbitrii, ut fusè demonſtrat Tondut *QQ. benefic. part.* 1. *cap.* 58. & *de Penſionib. cap.* 8. *num.* 2. ubi DD. & Deciſiones Rotales, quibus addenda eſt Rota *d. part.* 18. *recent. deciſ.* 351. *num.* 3. & *deciſ.* 389. *num.* 21. prout etiam *part.* 19. *recent. deciſ.* 1. *num.* 8. & ea, quæ ego dixi in Diſcordiis Forenſib. *de Benefic. d. Diſcord.* 54. *à num.* 30. & *ſeqq.*

Corollarii loco hoc unum dicebam eſſe notandum, quod in taxanda congrua pro Parocho non ſunt computanda incerta, ut advertit Emin. Card. de Luca *de Benefic. diſc.* 10. *num.* 18. appellatione tamen incerto-
38 rum veniunt ea, quæ nullam certitudinem habent, velut mortuaria, eleemoſynæ, ſeu oblationes in Baptiſmis, Matrimoniis, & ſimilibus, quæ in congrua non computantur; ſecùs autem eſt de illis incertis, quæ habent quandam certitudinem, ut ſunt decimæ, ſeu quarteſia frumenti, & vini, nec non fœni, millei, frumentoni, ſurgi, ac aliarum rerum, quæ ex terris intra Parochiam ſitis colliguntur annis ſingulis; hæc enim omnia computantur in congrua, ut notat Rota *part.* 6. *recent. deciſ.* 230. *num.* 3. & 4. & ibi Rebuffus *de Congrua num.* 83. & 86. Card. Mantica *deciſ.* 269. *num.* 6. quia licèt ſint incerta quo ad quantitatem numericam, habent certitudinem in annua recollecta,

DISCORDIA XII.

ARGVMEMTVM.

Equites Conſtantinianæ Religionis, etiam S. Georgii, & Aurati nuncupati, non ſunt capaces Penſionum Eccleſiaſticarum ſuper fructibus beneficiorum ſæcularium, niſi in eis concurrant ſimul clericatus, & cœlibatus.

SUMMARIUM.

1 *Conſtantiniana Equeſtris Religio quando, & à quo ſit fundata?*
2 *A Conſtantini Imperatoris nomine cognomen deſumpſit.*
3 *Conſtantiniani Equites nuncupantur etiam Milites S. Georgii, & Aurati.*
4 *Ipſi ſi ſint Uxorati, an ſint Penſionum capaces?*
5 *Milites Equeſtrium Religionum ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ.*
6 *Conſtantiniani Equites receperunt Regulam à S. Baſilio Magno.*
7 *Equites Religionum, quæ non requirunt tria vota ſubſtantialia, ſunt capaces beneficiorum ſæcularium, atque Penſionum.*
8 *S. Congregationis Concilii decretum de dicta capacitate*, & num. 20.
9 *Conſtantinianæ Religionis ſtatuta non excludunt ſuos Equites à beneficijs Eccleſiaſticis.*
10 *Beneficii appellatione venit etiam Penſio.*
11 *Cui licet quod eſt plus; quod minus etiam eſt licere debet.*
12 *Privilegium obtinendi Penſiones conceſſum eſt Equitibus plurium Religionum Militarium.*
13 *Privilegia unius Ordinis per communicationem extenduntur ad alios Ordines.*
14 *Conſtantiniani Equites Uxorati non ſunt capaces Eccleſiaſticarum Penſionum ſuper beneficijs ſæcularibus.*
15 *Clericatus, & Cœlibatus ſunt neceſſarii pro obtinendis beneficijs Eccleſiaſticis, atque Penſionibus.*
16 *Equites Religionum Militarium gaudent privilegio Canonis, & Fori*, & num. 17.

Bene-

Digitized by Google

18 *Beneficia ſæcularia ſæcularibus ſunt conferenda. Regularia Regularibus.*
19 *Equites Religionum Militarium, ſi Clerici ſint, ac Cœlibes, ſunt capaces beneficiorum ſæcularium, atque Penſionum.*
21 *Statuta, contra tenorem Sacrorum Canonum diſponentia, ſunt nulla.*
22 *Equites Religionum Militarium capaces ſunt illorum beneficiorum, quæ ſunt propria ſuæ Religionis.*
23 *Privilegia exorbitantia non extenduntur de uno Ordine ad alium.*
24 *Penſiones etiam perſonis Laicis concedi ſolent ab Apoſtolica Sede.*
25 *Diſpenſationis Apoſtolicæ tenor, ut Laicus poſſit obtinere Eccleſiaſticam Penſionem.*

INter cœteras Religiones Militares, quibus Eccleſia Catholica tanquam Regis cœleſtis Sponſa incedens *in Veſtitu deaurato circumdata varietate* condecorata reperitur, præfulget Equeſtris Militia Conſtantinia-
1 na, quæ cœteris antiquior eſt; utpotè fundata Anno Domini 312. à Conſtantino Magno Imperatore; *Cui*, ut ſcribit Tamburin. *de Jure Abb. tom. 2. diſp. 24. Quæſ. 3. num. 7. contra Maxentium conflicturo, cum Crucis ſignum in ipſo Cœlo manifeſtè apparuerit, inſcripto hemyſtichio :* In hoc Signo vinces : *ac certior redditus ipſe Imperator de portenti apparitione, Salvatore noſtro JESU CHRISTO facti interprete, Se, & Milites ſuos tali Signo munivit, ac pro Vexillo ante exercitum ferri juſſit, ex quo parta eſt notiſſima illa toto orbi victoria; qui poſtea ſemper in ſignum affectus, ac devotionis erga Crucem, Militum ſuorum arma, & veſtes eodem ſigno Crucis ſignabat.* Habuit itaque initium Militaris Religio Conſtantiniana tunc temporis,
2 cognomine à nomine ſui Inſtitutoris deſumpto; quamvis, ut ſubdit Tamburin. *ubi ſupr.* quia hic Ordo Militaris Conſtantinianus pro Patrono, & Titulari S. Georgium accepit, etiam S. Georgii Equeſtris Militia appellatur; & quia Crucem Rubram pro eorum inſigniis auro circumdatam gerunt hujuſmodi Equites, hinc etiam Equites Aurati nuncupantur; & vovent
3 eorum ſupremo Moderatori obedientiam, charitatem erga proximum, & caſtitatem conjugalem, juxtà Regulam eis à Sancto Baſilio Magno traditam; & per Sanctum Leonem Papam, Marciano Auguſto inſtante, confirmatam, ut diſſerit ipſe Tamburinus ex traditis per Cardin. Baronium *tom. 3. ſub Anno 312.* Ciaccon. *de Cruce cap. 12.* Gretſerium *eod. tract. lib. 2. cap. 57.* & alios ibi citatos.

Religionis hujus Conſtantinianæ Eques unus Nobilis Patavinus, à me requiſivit, An de Jure etſi uxoratus, capax ſit Eccleſiaſticarum Penſionum? ejus enim
4 nobiliſſima, & antiquiſſima Familia poſſidet jurapatronatus diverſorum opulentium beneficiorum; in quorum vacatione, cum habeat jus præſentandi, facilè ſibi foret ab Apoſtolica Sede alicujus Penſionis reſervationem ſuper eorum fructibus impetrare? Huic requiſitioni, & inſtantiæ prima facie videbatur reſpondendum Affirmativè ex ſequentibus rationibus, juribus, & argumentis.

Primò quia, licèt diſſideant inter ſe Doctores diſputantes, an Milites Equeſtrium Religionum, qui utuntur Matrimonio, ſint perſonæ Eccleſiaſticæ,
5 communior tamen opinio eſt affirmativa, quam tuetur Navarrus *de Reddit. Eccleſiaſt. cap. 3. monit. 55. q. 1.* Mencha *Controverſ. illuſtr. lib. 3. cap. 105. num. 49. & 50.* & alii, quos refert Rota coram Penia *deciſ. 421. num. 16.* qui omnes docent, præfatos Milites gaudere quibuſcunque Eccleſiaſticis privilegiis; quod etiam noviſſimè comprobat Sperellus *deciſ. 2. à num. 44. uſque in finem.*

Secundò quia etſi præfati Milites, & Equites Conſtantiniani reperiantur in ſtatu Matrimoniali conſtituti, attamen ſunt veri Religioſi, viventes ſub Regula San-
6 cti Baſilii, ut teſtatur Aſcanius Tamburin. *d. tom. 2. de Jure Abb. diſp. 24. quæſ. 3. num. 7.* nam commutatio Voti continentiæ in caſtitatem conjugalem non mutat Regulæ ſubſtantiam. Sotus *de Juſt. & Jur. lib. 6. q. 5. art. 30.* Rota *part. 2. diverſ. deciſ. 266. num. 6.* & Sperellus *d. deciſ. 2. num. 70.*

Tertiò, quia Milites Regulares non emittentes tria Vota ſubſtantialia Religionis ſunt capaces beneficiorum ſæcularium, & Penſionum, ut concorditer ad-
7 mittunt omnes Doctores, inter quos Garzias *de Benefic. part. 1. cap. 4. num. 24.* Lezana *in Summa QQ. Regul. tom. 3. Verb. Beneficium. num. 11.* Barboſa *de Offic. & pot. Epiſc. alleg. 57. num. 174.* nec non *Apoſtolic. Deciſ. collect. 61. num. 20.* Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 27. num. 50.*

Quartò, quia ſic reſpondiſſe Sacram Congregationem Concilii affirmant iidem Doctores, qui locis ſupracitatis ponunt Decretum tenoris hujuſmodi: *Die 20. Novembris 1600. Sacra Congregatio Concilii cenſuit, Milites Regulares Militiæ S. Jacobi de Spatha,
8 aliosque hujuſmodi non emittentes omnia tria vota ſubſtantialia, videlicèt Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, non eſſe incapaces beneficiorum ſæcularium ſimplicium, ſivè curatorum, neque etiam Penſionum.*

Quintò, quia ſic videtur expreſsè conceſſum in ſtabilimentis, ſeu Capitulis hujus Illuſtriſſimæ Equeſtris Militiæ Conſtantinianæ, in quibus *cap. 1. Verſ. Equites Conſtantiniani* ſic legitur: *Equites Conſtantiniani iiſdem gratiis, & immunitatibus gaudent, quibus Theutonici, & Melitenſes, & quamvis Matrimonio
9 juncti ab Eccleſiaſticis beneficiis non excluduntur.* Porrò appellatione beneficii comprehenditur etiam Penſio. Felin. *in cap. Poſtulaſti col. 10. & col. 11. De Re-
10 ſcript.* Caccialup. *de Penſion. q. ult.* Gigas *eod. tract. quæſt. 19. num. 1.* & cum magis ſit habere beneficium, quàm Penſionem, cui permittitur beneficium conſequi, non debet eſſe denegata capacitas ad Penſionem, ſtante regula, cui licet, quod eſt plus, etiam
11 quod minus eſt licere debet. *l. Non debet. ff. de Regul. Jur.* Thomaſettus *in Florib. leg. reg. 85.* Barboſa *Axiom. 180. num. 2.*

Sextò, & ultimò, quia certum eſt, pluribus aliis Ordinibus Militaribus conceſſum eſſe hoc Privilegium, ut eorundem Equites quamvis uxorati capaces ſint Penſionum ſuper ſæcularibus beneficiis Ec-
12 cleſiaſticis, ut teſtantur Barboſa *in Deciſ. Apoſtolic. Summa Collect. 572. à num. 8. & ſeqq.* & ego comprobavi ſupra de Equitibus Lauretanis, S. Stephani, Piis, SS. Mauritii, & Lazari, ac aliis in hoc tractatu *de Penſionib. Diſcord. III. num. 17.* Porrò Privile-
13 gia unius Ordinis per communicationem extenduntur etiam ad alios Ordines. Cotonius *Controverſ. celebr. lib. 4. controv. 8. cap. 1. num. 54.* Tamburin. *de Jure Abb. tom. 1. diſp. 17. quæſ. 1.*

His tamen minimè obſtantibus reſpondi Illuſtriſſimo Equiti me conſulenti, in ſenſu veritatis, non eſſe capaces Milites Conſtantinianos Penſionum ſuper ſæcularibus beneficiis Eccleſiaſticis, abſque ſpeciali
14 diſpenſatione Apoſtolica, vel ſine expreſſo Privilegio, quod nunquam reperitur conceſſum à Summis Pontificibus huic, etſi nobiliſſimæ, atque antiquiſſimæ Equeſtri Religioni. Ratio hujus mei negativi reſponſi eſt illa inconcuſſa apud omnes Theologos, & Canoniſtas; quod ad obtinenda tùm beneficia Eccleſiaſtica, tùm Penſiones ſuper eorum fructibus duo requiſita ſunt omninò neceſſaria, videlicèt Clerica-
15 tus, & Cœlibatus. Sanchez *de Matrim. lib. 7. diſp. 44. num. 9.* Novarius *in Summ. Bullar. part. 2. commentar. 95.* Garzias *de Benefic. d. part. 1. cap. 5. num. 121.* Pyrrhus Corradus *Diſpenſat. Apoſtol. lib. 2. cap. 7. num. 23.* & alii, cum Rota Romana, quam allegavi ſupra in hoc tractatu *de Penſion. Diſcord. I. num. 27. & Diſcord. III. num. 8. & num. 11.* ubi retuli Conſtitutionem 73. B. Pii V. & Conſtitutionem 93. Sixti V. quibus generaliter ſtatutum eſt, ut qui non ſunt Clerici, & in vita cœlibi, capaces eſſe non poſſint Penſionum

ſionum

Digitized by Google

ſionum ſuper ſæcularibus beneficiis Eccleſiaſticis abſque ſpeciali Apoſtolicâ diſpenſatione, exceptis nonnullis perſonis familiaribus Papæ, & aliquibus Ordinibus Militaribus, quorum Equitibus ex expreſſo Indulto Pontificio conceſſum eſt, ut licèt ſint Laici, ac uxorati Penſiones uſque ad certam ſummam valeant obtinere. Idcircò Equites Conſtantiniani, etſi Religioſi ſint, & inter perſonas Religioſas numerentur, ſi tamen primam Tonſuram non habeant, vel Matrimonio ſint addicti, incapaces ſunt tùm beneficiorum ſæcularium, tùm Penſionum ſuper eorum fructibus; ut præter ſupra allegatos DD. teſtantur Loterius *de Re benefic. lib.1. quæſt.36. num. 16.* Henriquez *in Summa lib.13. cap.13.§.2.* Pariſius *de Reſignat. lib.6 quæſt.4 num.33.* Gonzalez *ad Reg. 9. Cancellar. gloſſ. 2. num.60.* & Pax Jordanus *d. tom.2. lib.10. tit. 13. per tot. & tit.23. à num.1. & ſeqq.*

Neque ſubſiſtunt argumenta, & rationes in contrarium adductæ, quarum facilis eſt reſolutio: ſiquidem

Primum, quod Equites Religionum Militarium ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, concedunt DD. tantummodò circa privilegium Canonis, & circa privilegium Fori, ut benè demonſtrat de utroque hoc privi-
16 legio diſputans Sperellus *d. deciſ.2. per totam.* Secùs autem quoad capacitatem Beneficiorum, atque Penſionum, quando in eis non concurrat utraque qualitas Clericatus, & Cœlibatus, ut notatum eſt ſupra; & ut expreſsè requirunt tùm Sacri Canones *in cap. Cum adeò. De Reſcript. in cap. Ex Litteris. De Tranſact. in cap.2. de Inſtitution. & in cap.1. De Clericis conjug. in 6.* tùm præcitatæ duæ Conſtitutiones B. Pii V. & Succeſſoris ejus Sixti V. ut latè proſequuntur Pax Jordanus *d. tom. 2. lib. 10. tit. 13.* Gonzalez *d. gloſſ. 2 num. 68.* & Barboſa *de Jure Eccleſ. Univ. lib.3. tit.13. num.154. & 159.*

Secundum pariter recipit conſimilem declarationem, ut ſint hi Equites perſonæ Religioſæ, ſed lato modo ſic appellatæ, & habito reſpectu ad privile-
17 gium Canonis, & Fori; ſecùs autem quo ad capacitatem Beneficiorum, & Penſionum, ſi careant prima Tonſura, vel ſint Uxoribus alligati. Rebuffus *de Pacific. poſſeſſor. num.224.* Pax Jordanus *d. lib.10 tit. 13. num.14.* ubi alios DD. cumulat.

Tertium argumentum etſi verum in ſeipſo, tamen non probat intentum; eatenùs enim Equites harum Religionum Militarium ſunt capaces Beneficiorum ſæcularium, & Penſionum, quatenùs ſint Clerici, & non ſint conjugati; quandoquidem dubitatio oriebatur circa ipſos ob qualitatem regularitatis, per quam videbantur incapaces beneficiorum ſæcularium, atque Penſionum, ob vulgatum Juris axioma, quod beneficia ſæcularia ſæcularibus; regularia verò Re-
18 gularibus tantùm ſunt conferenda. *cap. Nullus. d: Elect. in 6. cap. Cum ſingula. de Præbend. eod. lib.* Concil. Trident. *ſeſſ.14. de Reform. cap.10. & ſeſſ.25. de Regular. cap.21.* Ideò cum dubitaretur, an in prædictis Militibus qualitas regularitatis obſtaret, quin Beneficia ſæcularia, & Penſiones ſuper eis poſſent habere, prævaluit opinio negativa, itaut ex cauſa hujus Equeſtris Militiæ non poſſint dici incapaces,
19 quia ſtrictè loquendo non ſunt Regulares, exceptis Equitibus Melitenſibus, qui veri Regulares ſunt, ut oſtenſum eſt ſupra *Diſcord. III. num. 18.* & ideò ipſi abſque Apoſtolica ſpeciali diſpenſatione non poſſunt provideri de beneficiis ſæcularibus, neque de Penſionibus ſuper eorum fructibus; ſecùs autem de Equitibus aliarum Religionum Militarium; dummodo tamen in his concurrat tùm qualitas Clericalis characteris per ſumptionem ſaltem primæ Tonſuræ; tùm conditio vitæ cœlibis, ut ſint extra ſtatum conjugalem; ut latiùs Barboſa *de Offic. & Pot. Epiſc. allegat. 57. num. 173.* Propterea

Quartum argumentum in decreto S. Congregationis Concilii fundatum non poteſt ſuffragari Equitibus, qui Clerici non ſunt, & Uxores habent, nam juxtà
20 prædicta loquitur de illis, qui vivunt in Clericatu, & Cœlibatu.

Quintum argumentum deſumptum ex Stabilimentis, ſeu Statutis ejuſdem Religionis Conſtantinianæ de capacitate Equitum quoad beneficia, duplici reſponſione eliditur. *Una* eſt, quod ex communi Canoniſtarum, & Juriſprudentum doctrina reſiſtit illa regula dicens, ſtatuta à quibuſcunque facta contra tenorem
21 Sacrorū Canonum, vel Summorum Pontificum Conſtitutionum eſſe nullius roboris, vel momenti. *cap. Quod ſuper his. De Majorit. & Obedient.* Fagnanus, qui alios texx. & DD. congerit, & hoc latè comprobat *in cap. Quæ in Eccleſiarum. à num.7. & ſeqq. de Conſtitut. tom.1.* ideòque in hac parte non ſunt attendenda dicta Statuta, neque eorum diſpoſitio circa capacitatem ad beneficia Equitum Laicorum, ſeu conjugatorum, quibus neque Beneficia, neque Penſiones conferri poſſe præcipiunt tùm Sacri Canones, tùm Conſtitutio Piana, ac Sixtina ſupra relatæ *num.15.* *Altera* reſponſio, & quidem magis germana, & propria eſt, quod eadem Statuta Religionis ſalvari poſſunt à correctione dicendo, ipſa *in cit. cap.1.* loqui de Beneficiis
22 ipſiuſmet Religionis Conſtantinianæ; non autem de beneficiis ſæcularibus; cum enim omnes Religiones Militares ex donatione Imperatorum, Regum, & Principum habeant plura bona, quæ ex conceſſione Summorum Pontificum, vel ex immemorabili conſuetudine ſortita ſunt nomina Beneficiorum, Commendarum, ſivè Præceptoriarum; & quæ dari ſolent ad fruendum Equitibus benemeritis, eorum vita durante, in præmio ſuorum laborum; quandocunque in Statutis ipſarum Religionum Militarium diſponitur, ut Equites etſi Laici, vel uxorati poſſint habere Beneficia, aut Penſiones, intelligenda ſunt eadem Statuta de beneficiis propriis ipſiuſmet Religionis, ut benè advertunt Garzias *de Benefic. d. part. 1. cap.4. num. 6. & 7.* atque Sperellus *d. deciſ. 2. num.101.*

Sextum, & ultimum argumentum non obſtat, quia Privilegia Apoſtolica conceſſa aliis Ordinibus Militaribus, ut Equites Uxorati poſſint habere Eccleſiaſticas Penſiones, non poſſunt extendi per communicationem huic Religioni Conſtantinianæ, attentâ illâ Regulâ in jure certiſſimâ, quod Privilegia exor-
23 bitantia non extenduntur, neque una Religio, cui expreſsè non fuerunt indulta, poteſt eis uti, ſivè ſibi illa applicare, quamvis aliis conſimilibus Religionibus fuerint ex ſpeciali gratia Summorum Pontificum elargita; ut latè comprobat Diana Coordinatus *tom.3. tract.6. reſolut.18.* quæ in ejus opere veteri habetur *part.11. tract.3. reſol.17.* & noviſſimè Nicolius *in Floſcul. Verb. Regularis. num.18.* Et equidem conceſſio exorbitans in jure eſt, quod Laicus habeat Penſiones Eccleſiaſticas, cum id ſit prohibitum tùm per Sacros Canones generales, tùm per particulares Pontificias Conſtitutiones; quapropter quia in Privilegiis hujus Religionis Conſtantinianæ nullibi legitur, hanc prærogativam fuiſſe conceſſam ejus Militibus, ut quamvis Laici, vel in Statu Matrimoniali conſtituti poſſint Penſiones Eccleſiaſticas ſuper fructibus beneficiorum ſæcularium obtinere; ad eas habendas ſunt omninò incapaces, niſi ſpecialem diſpenſationem conſequantur ab Apoſtolica Sede.

Tandem corollarii loco notandum venit, quod eveniente caſu vacationis alicujus pinguis beneficii de Jurepatronatus nobiliſſimæ Familiæ hujus Equitis Conſtantiniani, facillimum erit ſupplicationem porrigere Summo Pontifici, & ab eodem reſervationem
24 alicujus Penſionis ad favorem ejuſdem Equitis, etſi Uxorati, obtinere; prout aliàs obtentam fuiſſe à Sixto V. ad favorem Girardi de Rampondis Equitis Conſtantiniani teſtatur Rota in Voto impreſſo in libro Privilegiorum ejuſdem Religionis *pag. 92.* Confirmatur hæc ſpes conſimilem gratiam obtinendi ab Apoſtolica Sede ex his, quæ ſcribit Pyrrhus Corradus *Diſpenſat. Apoſtolic. lib.2. cap.7. num. 24.* verbis iſtis: *Quia*

Digitized by Google

Quia verò Papa nullis adſtringitur Legibus, vulgatis juribus, videmus propterea nonnunquam etiam non qualificatis perſonis, nulliſque meritis intercedentibus hanc facultatem Penſionem retinendi in ſtatu conjugali conceſſiſſe, licèt non ſine maximis, & extraordinariis favoribus, prout inter cæteros noviſſimè Sanctiſſimus D. N. Urbanus Papa VIII. cum Ludovico Francoliſio Clerico Neapolitano, qui cum nonnulla beneficia Eccleſiaſtica ad favorem alterius reſignaſſet, reſervata ſibi ſuper eorum fructibus Penſione annua ducatorum triginta, ſecum ſub hujuſmodi tenore diſpenſavit. Tenor diſpenſationis: *Tibi, ut etiamſi contingat, te Matrimonium cum quavis muliere etiam*
25 *vidua, nullo tibi jure prohibita, ſemel, vel pluries, ſucceſſivè tamen, & legitime contrahere; illudque carnali copula conſummare, ac in habitu, & Tonſura Clericalibus non incedere contingat; nihilominus Penſionem præfatam percipere, exigere, & levare; ac in tuos uſus, & utilitatem convertere, liberè, & licitè valeas, Apoſtolica Auctoritate concedimus, & indulgemus. Decernentes Penſionem hujuſmodi per contractum Matrimonii, aut habitus, & Tonſuræ Clericalium non delationem minimè ceſſare, neque extinctam dici, vel cenſeri poſſe. Irritum quidquid ſecùs ſuper his &c. attentari &c. prout in Litteris in forma Brevis, ſub Annulo Piſcatoris. Dat. Romæ apud S. Petrum die 23. Januarii 1637. Pontificatus ſui Anno XIV.*

Ex hoc exemplo non difficile fore dixi, ut Eques Conſtantinianus, nobiliſſima ortus Familia, quæ multos egregios Viros habuit Armis, & Litteris conſpicuos, conſimilem reſervationem Penſionis impetrare poſſit à Summo Pontifice, cujus benignitas, & Liberalitas effulget erga progenitos è Familiis nobilibus, majorum ſuorum virtutes, ac merita imitantes.

DISCORDIA XIII.

ARGUMENTUM.

Canonicus electus Menſe Martio ad Præbendam Theologalem, ſuper qua erat reſervata Penſio, ſolvenda annis ſingulis, in duobus terminis, Uno ſcilicèt de Menſe Junio, altero de Menſe Decembri, tenetur terminum Menſis Junii ſtatim ſolvere, etſi nondum collegerit fructus Canonicatus; ea ratione, quia paulò poſt eſt illos collecturus, & hujus primi termini ſolutio dicitur anticipata; alterius verò termini poſticipata.

SUMMARIUM.

1 *Hieronymus Zacchus Nobilis Venetus electus ad Præbendam Theologalem à Capitulo Paduano Anno 1676.*
2 *Canonicus electus Menſe Martio tenetur ſolvere terminum Penſionis proximi Menſis Junii.*
3 *Heredes Titularis, qui annuatim ſolvit duos terminos Penſionis, nihil ulterius ſolvere tenentur.*
4 *Penſionis termini alii ſolvuntur anticipatè; alii poſticipatè.*
5 *Penſio quando ſit anticipatè ſolvenda?*
6 *Penſio eſt pars fructuum per Papam à Titulari abſtracta; & aſſignata Penſionario.*
7 *Fructuum unaquæque recollectio duos terminos Penſionis ſolvere debet.*
8 *Æquitas non patitur, ut qui fructus non collegit, Penſionem ſolvat.*
9 *Penſionario mortuo ante collectos fructus beneficii, nihil ejus heredibus eſt ſolvendum.*
10 *Antonelli doctrina* de Tempore Legali lib. 1. cap. 47. num. 14. *eſt contraria aliis DD. & S. Rotæ Romanæ.*
11 *Penſio ſi ſit reſervata Menſe Februario, primus terminus Menſis Junii venit anticipatè ſolvendus.*
12 *Æquitati non repugnat ſolvere Penſionem ante recollectos fructus, qui paulò poſt à ſolvente ſunt colligendi.*
13 *Penſionis uterque terminus ſolvendus eſt intra eundem annum.*
14 *Penſio non eſt dimidianda, nec ejus integra ſolutio protrahenda ad ſecundum annum.*
15 *Abſurdum eſt ſolutionem Penſionis præſentis anni differre in ſequentem.*
16 *Recollecta quælibet fructuum beneficii ſolvere debet duos terminos Penſionis.*
17 *Injuſtum eſt, ut Titularis ex fructibus unius anni ſolvat tres terminos Penſionis.*

IN collatione Canonicatus, ac Præbendæ Theologalis in hac Cathedrali Eccleſia Patavina, facta per Apoſtolicam Sedem Anno 1637. die 7. Februarii Reverendiſſimo Canonico de Magiſtris, fuit etiam reſervata Penſio annua Ducatorum 80. Auri de Camera ſolvenda in duobus terminis, Uno ſcilicet in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ Menſe Junio; altero in Natali Domini Menſe Decembri, ad favorem Domini Roberti de Lazara Clerici Nobilis Patavini; qui ab eodem Canonico de Magiſtris illam exegit uſque ad Annum 1651. deinde à Reverendiſſimo Canonico Beltramino ejus Coadjutore, & Succeſſore, qui defuncto principali in initio Anni 1652. poſſeſſionem obtinuit hujus Canonicatus, & Præbendæ Theologalis, ac in ea continuavit uſque ad diem 14. Martii 1676. quo die vitam cum morte commutavit. Hac vacatione attentâ in menſe ordinario Reverendiſſimi Capituli Paduani, habentis ex immemorabili conſuetudine electionem ad omnes Canonicatus, fuit per ipſum electus ad eundem Canonicatum, & Præ-
1 bendam Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Hieronymus Zaccus Sacræ Theologiæ, ac Juris utriuſque Laureâ Inſignis; nec non Veneta Nobilitate conſpicuus. Ab iſto Dominus Penſionarius de Lazara terminum ſuæ Penſionis maturatum in feſto Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, ejuſdem Anni 1676. requiſivit; ſed ipſe reſpondit, ſe nullos fructus ex Præbenda Canonicali exegiſſe, neque eſſe exacturum niſi de Menſe Auguſto; ac ideò ſolutionem prædicti termini Penſionis non à ſe, ſed ab Heredibus Domini Canonici Beltramini Prædeceſſoris ſui, & prædefuncti eſſe faciendam. Delatâ hac petitione per Penſionarium ad eoſdem Heredes, ipſi reſponderunt ſe ad nihil teneri, undè orta eſt Diſcordia inter illos ex unâ; & inter Dominum Zaccum Canonicum Theologum Succeſſorem ex alia, ſuper ſolutione prædicti termini maturati Menſe Junio dicto Anno 1676.

Requiſitus fui ab utraque Parte, pro qua ſtaret Jus, & Juſtitia circa hujus termini ſolutionem? Et abſque hæſitatione reſpondi, in ſenſu veritatis, ſolutionem prædicti termini Penſionis eſſe faciendam à Domino
2 Canonico Succeſſore. Duo fuerunt firmiſſima fundamenta mei reſponſi, unum in facto, & aliud in Jure; In facto quidem, quia Dominus Canonicus Beltraminus Prædefunctus ab Anno 1652. quo adeptus fuit poſſeſſionem hujus Præbendæ Theologalis, uſque ad Annum 1675. incluſivè ſolverat annuatim duos terminos Penſionis, unum pro feſto S. Joannis Baptiſtæ, alium pro feſto Natalis Domini, ut conſtabat ex receptionibus Domini Penſionarii de Lazara per dd. Heredes de Beltraminis repertis, & exhibitis; ex qui-
3 bus reſultabat manifeſtè eoſdem Heredes non eſſe obligatos ad aliud; ſiquidem eorum Auctor Canonicus tot duplicatos terminos Penſionis debebat ſolvere, quot annos poſſedit Canonicatum: Tondut *de Penſionib. cap. 20. num. 8.* Emin. Card. de Luca *eod. tract. diſc. 28. num. 5.* & dixi ſupra *Diſcord. IV.* per totam; nec non *Diſcord. X. num. 8.* Sed obtinuit hanc Præbendam Theologalem Annis 25. & ſolvit terminos

30. hujus

50. hujus Penſionis. Ergo hunc terminum Junii 1676.
maturatum poſt ejus mortem, illius Heredes nequa-
quam ſolvere debebant.

Juris autem fundamentum erat æquè evidens, &
incontrovertibile: nam cum hæc Penſio reſervata
fuerit *die 7. Februarii 1637.* ſolvenda in duobus ter-
minis Menſis Junii, ac Menſis Decembris; notum
eſt apud omnes, quod uterque terminus eſt ſolvendus
ex fructibus ejuſdem anni; ita tamen ut primus dica-
tur anticipatus, quia maturatur ante recollectionem
4 fructuum; ſecundus autem ſit poſticipatus, quia oc-
currit poſt fructus recollectos; ſed tamen uterque ter-
minus ſolvendus eſt eodem anno, & ex fructibus ejuſ-
dem anni ex Rota coram Card. Seraphino *deciſ.* 24. &
poſt Vivian. *de Jurepatron. deciſ.* 98. & 99. Loterius
de Re beneſic. lib. 1. quæſt 44. *num.* 5. Garzias *part.* 1.
cap. 5. *num.* 190. ea ratione, quia Penſio eſt onus rea-
le, quod inhæret fructibus beneficii, ut tradunt Gi-
gas *de Penſion. quæſt.* 39. *num.* 5. & Pariſius *de Reſi-
gnat. benef. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 30. & *num.* 44.

Porrò ad ſuadendum Dominum Canonicum Zac-
cum Succeſſorem quod ad ipſum ſpectaret ſolutio hu-
jus termini antecipati, legendam per eum dicebam
doctrinam Emin. Card. de Luca *de Penſion. diſc.* 24.
num. 4. ubi cæteris clariùs declarat hanc obligationem
Penſionis antecipatæ ita dicens: *Juxtà opinionem*
5 *Rotæ, & Curiæ Romanæ (quidquid antiquiores varia-
verint)* eſt *hodiè recepta, & ampliùs non cadens ſub
quæſtione concluſio, ut neglectis temporibus, in quibus
Penſionis ſolutio gratia commoditatis præfinita fuit,
ſumendo initium à die reſervationis, ac terminando ea-
dem die ſequentis anni, attendatur integra fructuum
recollecta, ex qua proportionabiliter, ac prorata integer
annus Penſionis, ſeu duo termini ſolvi debeant, ex ra-
tione in præcedentibus pluries inſinuata; quod Penſio
aliud non ſit, niſi quædam pars, ſeu rata fructuum per
6 Papam à Titulari abſtracta, & Penſionario aſſignata;
adeòut inter Titularem, & Penſionarium ita conſtituta
videatur in fructibus ſingulorum annorum quædam ſpe-
cies Societatis, ſeu communionis, cum onere tamen Ti-
tularis jure implicitæ ſibi demandatæ adminiſtrationis,
vel concordiæ ad lites evitandas, præſtandi Penſiona-
rio pro ejus fructuum portione pretium in certa unifor-
mi quantitate, juxtà illam fructuum taxam, quæ fit
in Societatibus Officiorum, ſivè in contractu trino cum
ſimilibus, ut apud* Peniam *deciſ.* 703. Coccin. *deciſ.*
327. Cavaler. *deciſ.* 129. Buratt. *deciſ.* 670. & ple-
niùs apud Duran. *deciſ.* 448. *quæ reputatur in mate-
ria magiſtralis; & ex modernis advertunt* Antonel-
lus *de Tempor. Legal. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 14. Ton-
dut *hoc tract. cap.* 20. *num.* 7. & *QQ. beneſic. part.* 1.
cap. 20. *num.* 9.

Ex hac Emin. Card. de Luca doctrina, & DD. ab
eo citatorum deducitur hæc regula infallibilis pro co-
gnoſcendo ad quem ſpectet ſolutio primi, ac ſecundi
termini Penſionis uniuſcujuſque anni; ut ſcilicèt at-
tendatur dies, à quo reſervata eſt Penſio uſque ad
eundem diem ſequentis anni; & ille, qui habet,
7 vel habiturus eſt omnes fructus beneficii intra dictum
annum, ille, inquam, obligatus ſit ſolvere utrumque
Penſionis terminum ejuſdem anni; quamvis primus
terminus maturetur ante recollectos fructus. Stante hac
regulà hac in Diſcordia dicebam, Annus Penſionis
Lazaræ incipit *die 7. Februarii;* à quo die Anno 1676.
uſque ad eundem ſequentis Anni 1677. Dominus Ca-
nonicus Zaccus habiturus eſt omnes, ac integros fru-
ctus Præbendæ Theologalis. Igitur ipſe tenetur ſol-
vere utrumque terminum Penſionis, ſcilicèt Menſe
Junio, ac Menſe Decembri Anni 1676. quia ejuſdem
Anni colligit, & habet omnes, & integros fructus
Canonicatus, quorum pars, & portio eſt hæc Penſio.

Excipiebat Dominus Canonicus Succeſſor, ſe non
teneri ad ſolutionem termini maturati Menſe Junio
dicti Anni 1676. quia nullos fructus Præbendæ Theo-
logalis ſibi à Capitulo collatæ exegerat; Penſio au-
tem debetur tantummodò poſt recollectos fructus be-
neficii. Rota *part. 3. recent. deciſ.* 77. *num.* 1. æqui-
8 tas enim non patitur, ut Titularis ſolvat Penſionem,
ſi fructus non percepit. Puteus *deciſ.* 185. *num.* 1.
& 2. *lib.* 2. Antonellus *de Tempore Legali d. lib.* 1.
cap. 47. *num.* 14. ubi ita ſcribit: *Si Penſio ſolvenda
eſt in duobus terminis, puta die Nativitatis Domini,
& S. Joannis Baptiſtæ; & Rector beneficii cæperit
poſſeſſionem de Menſe Maii, non tenetur ſolvere termi-
num in feſto S. Joannis Baptiſtæ de Menſe Junii,
ſi non percepit fructus; ſivè Rector ipſe conſenſerit
Penſioni, ſivè in beneficio ſucceſſerit.* Sed reſponde-
batur, quod ſupracitata Rota *part. 3. rec. deciſ.* 77.
9 loquitur in caſu, in quo mortuus erat Penſionarius
ante recollectos fructus, qui caſus non congruit præ-
ſenti Diſcordiæ, in qua Penſionarius vivebat. An-
tonelli verò doctrina eſt intelligenda, quando Titularis
nec habuit, nec habiturus eſt fructus primi anni; aliàs
ejus doctrina non eſt attendenda tanquam contraria
communi Canoniſtarum theoricæ, ac ipſius Rotæ Ro-
manæ ſtylo; cum ab omnibus admittatur ſolutio Pen-
10 ſionis anticipatæ, & poſticipatæ; itaut Penſio ſit
antecipatè ſolvenda quando primus terminus matura-
tur ante recollectos fructus, ut in præſenti caſu;
poſticipata verò quando primus terminus cedit poſt
recollectos fructus; adeòut ſi Titulares beneficiorum
nunquam eſſent obligati ſolvere Penſiones, niſi poſt
recollectos fructus; talis diſtinctio Penſionis anteci-
patæ, vel poſticipatæ eſſet inanis, & ridicula; & ta-
men ea canonizata eſt tùm à Doctoribus, ut videre
eſt apud Tondut *de Penſion. d. cap.* 20. *num.* 8. ubi
alios cumulat, tùm à Rota Romana in pluribus De-
ciſionibus, & præcipuè *d. part.* 3. *recent. deciſ.* 110.
num. 2. ubi ſic loquitur: *Ex forma reſervationis colli-
gitur, an Penſio ſit anticipata, vel poſticipata, ut ſi
quidem à die reſervationis uſque ad diem ſolutionis pri-
mi termini colliguntur fructus, Penſio dicatur poſtici-
pata, ſin minùs anticipata:* Quapropter cum hæc
Penſio reſervata fuerit Menſe Februario ſolvenda in
11 duobus terminis Junii, & Decembris, primus termi-
nus eſt anticipatè ſolvendus, ſecundus verò poſtici-
patè ex fructibus uniuſcujuſque anni; ut ait etiam
Rota poſt Vivian. *de Jurepatr. deciſ.* 99. nec dici
poteſt, quod talis ſolutio anticipata ſit contra æqui-
tatem, quia etſi Titularis adveniente primo termino
nondum fructus collegerit, eos paulò poſt eſt colle-
cturus, & ſic ſolutio antecipata fundatur in juſtitia
proximæ recollectionis fructuum, ut inquit Rota *d.
deciſ.* 99. *num.* 2. ibi: *Undè etiam quod Titularis per
12 duos menſes nullos fructus ſuos fecerit, ſufficit quod
faciat in decem ſequentibus.* Quod noviſſimè repeti-
tum legitur ab eadem Rota *part.* 18. *recent. deciſ.*
646. *num.* 8. ibi: *Dum Titularis adeptus eſt poſſeſſio-
nem beneficii de Menſe Aprili, & integros fructus di-
cti anni percepit, ut non controvertitur inter partes,
proculdubio tenetur ad primum terminum ejuſdem an-
ni, licèt dies ſolutionis ceſſerit ante captam ab eo be-
neficii poſſeſſionem:* Igitur multò magis in præſenti
Diſcordia; quia Canonicus Theologus electus fuit de
Menſe Martio, & in eodem Menſe poſſeſſionem Ca-
nonicatus eſt adeptus, ſolvere debet terminum Pen-
ſionis de Menſe Junio; quamvis fructus non perce-
perit, quia eos deindè eſt percepturus ante ſecun-
dum terminum de Menſe Decembri; prout ſemper
utrumque terminum ſui Prædeceſſores ſolverunt
unum anticipatum ſcilicèt, ac poſticipatum alterum,
ſingulis tranſactis annis.

Replicabat Succeſſor in Canonicatu ſe paratum
eſſe ex fructibus ejuſdem Anni 1676. ſolvere duos
terminos Penſionis, ſed unum de Menſe Decembri
1676. alium de Menſe Junio 1677. hi enim duo ter-
mini comprehendunt in uno, & eodem anno recol-
lectam fructuum Canonicatus; cujus grana colligun-
tur Menſe Auguſto; vinum verò, ac livelli pecunia-
rii Menſe Octobri; & ſic ante ſequentem recollectam

Anni

Digitized by Google

Anni 1677. perſolverit duos terminos Penſionis ex
fructibus recollectis Anno 1676. Verùm & hæc re-
plicatio erat extrà limites juſtitiæ; quia uterque ter-
13 minus Penſionis ſolvendus eſt intra annum ejuſdem
Penſionis, qui incipit à die reſervationis ejus. Ton-
dut *de Penſion. d. cap.* 20. *num.* 1. *&* 2. Rota coram
Cavalerio *deciſ.* 129. & coram Coccino *deciſ.* 327.
Loterius *lib.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 56. & Emin. Card. de
Luca *de Penſion. diſc.* 1. *num.* 3. *& diſc.* 40. *num.* 7.
Idcircò cum Penſio ſuper hac Præbenda Theologali
fuerit reſervata *die 7. Februarii*, ut dictum eſt *ſupra
in princ.* uterque terminus ſolvendus eſt ab uno Fe-
bruario uſque ad alium Menſem Februarium, & ſic in
Menſibus Junio, ac Decembri ejuſdem anni; non enim
14 eſt juſtum, ut eadem Penſio ſolvatur pro una me-
dietate in uno anno, & pro alia medietate in ſequen-
ti anno; quandoquidem Papa in Litteris voluit, &
mandavit eam integram ſolvi ſingulis annis; ideò-
que talis diviſio, & tranſitus de uno anno in alium pro
medietate ſolutionis reprobatur à Rota, ut legitur
apud Cardin. Seraphin. *deciſ.* 24. quæ ſic loquitur:
num. 1. *Cum Penſiones ſint annuæ, & plerumque ter-
mini ſolutionum conſtituantur in feſto Sancti Joannis,
& Nativitatis Domini Noſtri; Penſioneſque ſingulis
annis in duobus illis terminis integrè perſolvantur,*
15 *nulla ſubeſt cauſa, cur non idem obſervandum ſit in
caſu, de quo agitur; maximè cum abſurdum videa-
tur, ſolutionem Penſionis præſentis anni differri in ſe-
quentem.* Hinc Emin. Card. de Luca reiteratò adver-
tit id, quod ſcribit *de Penſion. diſc.* 28. *num.* 2. vide-
licèt eſſe firmam, & ſtabilem Regulam, *ut quot ſunt
recollectæ fructuum, tot ſint anni integri Penſionis; at-*
16 *que quælibet recollecta ſolvat duos terminos, vel an-
num integrum juxta pluries inſinuatas Rotæ deciſiones
apud* Peniam *deciſ.* 703. Cavaler. *deciſ.* 129. Duran.
deciſ. 448. cum aliis per Loterium *lib.* 1. *quæſt.* 44.
num. 16. Idcircò cum eſſet magnum abſurdum, ut
ſolutio Penſionis pro primo, vel ſecundo termino an-
ni 1676. protraheretur in annum 1677. & cum uter-
que terminus ſolvendus ſit in uno, & eodem anno;
itaut ex unaquaque annua recollecta fructuum uter-
que terminus eodem anno ſit ſolvendus, concluſum
fuit, Dominum Canonicum Zaccum Succeſſorem
ſolvere debere terminum Menſis Junii Anni 1676.,
atque terminum Menſis Decembris ejuſdem Anni
1676., quia illius anni omnes, & ſingulos fructus Ca-
nonicatus collegerat.

Tandem & hæc ratio urgebat contra Succeſſorem,
& favorabilis erat Heredibus Prædeceſſoris, quod
ſcilicet ſi ipſi adſtringerentur ad ſolvendum terminum
Menſis Junii hujus Anni 1676., ob recollectos fructus
Canonicatus Anni antecedentis 1675. ipſi ſolverent
tres terminos, nempè duos jam ſolutos à Prædeceſſo-
re defuncto, & hunc tertium, de quo diſputatur; &
17 hoc eſſet manifeſta injuſtitia, quia omnis recollecta
fructuum ſolvere debet duos tantùm Penſionis termi-
nos, non autem tres; ut in puncto ſcribit Noalis *conſ.*
12. *num.* 5. Puteus *lib.* 2. *deciſ.* 185. & alii, quos al-
legavi in caſu conſimili ſupra *Diſcord. IV. à num.* 13.
& ſeqq. ad favorem Heredum Illuſtriſſimi, ac Re-
verendiſſimi Marci Marchiani Epiſcopi Feltrenſis.

DISCORDIA XIV.

ARGUMENTUM.

Debitor Penſionis, qui oſtendit eam ſolviſſe tribus continuatis annis, moleſtari non poteſt à Penſionario pro prætenſo credito ejuſdem Penſionis annorum antecedentium, ſi ei fecerit quietantiam in dictis tribus annis ſubſequentibus abſque ulla proteſtatione crediti decurſorum annorum.

SUMMARIUM.

1 *Quietantiæ ſoluti annui debiti per tres continuos annos liberant debitorem à debitis annorum præcedentium.*

2 *Debitor habens quietantias trium continuorum annorum non tenetur juſtificare antecedentes ſolutiones.*

3 *Penſio ſoluta tribus continuis annis præſumitur ſoluta etiam annis antecedentibus.* Et num. 8.

4 *Penſio tribus continuis ſemeſtribus ſoluta an præſumatur etiam antea ſoluta?* Et num. 14.

5 *Solutio triennalis debet eſſe integra, ac eidem perſonæ facta, ut liberet à debitis annorum præcedentium.*

6 *Solutio Penſionis impoſitæ ſuper beneficio pleno, eſt facienda ſingulis annis coram Notario, & Teſtibus.*

7 *Notarius an omitti poſſit in ſupradictæ Penſionis ſolutione?*

8 *Solutio debiti præſumitur ex diuturnitate temporis, & ex longo ſilentio creditoris.*

9 *Item ex bonitate, & religioſitate debitoris.*

10 *Quietantia facta* per reſto, e ſaldo, *indicat omne debitum eſſe ſolutum.*

11 *Verba clara non admittunt interpretationem.*

12 *Subſidium Papale Sereniſſ. Reipubl. Venetæ conceſſum Anno* 1654.

13 *Penſionarii tenentur bonificare Titularibus Subſidium Papale eo anno, quo eſt impoſitum.*

14 *Quietantiæ ſexdecim debiti ſoluti de bimeſtri in bimeſtre liberat debitorem à quocunque debito anteriori.*

VIx extincta erat præcedens Diſcordia, agitata in puncto Juris inter Nobiles DD. Beltraminos Heredes q. Nob. D. Canonici Theologi Eccleſiæ Cathedralis Paduæ ex una, & inter Dominum Canonicum ejus Succeſſorem ex altera; cum inſurrexit alia diſputatio in facto inter eoſdem DD. Heredes, & Dominum Robertum de Lazara Penſionarium petentem ab eis terminum ſuæ Penſionis maturatum menſe Junio Anni 1652.; quem aſſerebat, ſibi non fuiſſe ſolutum ab eodem Domino Canonico Beltramino defuncto. Perquæſiverunt prædicti DD. Heredes quietantias, ſeu confeſſiones ipſius Domini Penſionarii de terminis, ſivè ratis Penſionum ei ſolutis à Canonico defuncto inter ejus chartas, & ſcripturas; & ex illis invenerunt receptiones tres, & viginti ſcriptas manu ejuſdem Domini Penſionarii; quarum vetuſtior continebat ſolutionem Penſionis pro duobus terminis Menſium Junii, & Decembris Anni 1653. aliæ verò ſubſequentes affirmabant eoſdem binos terminos fuiſſe ſolutos pro Annis 1654. 1655. & ſequentibus uſque ad annum 1675. incluſivè. Ex his quietantiis, & receptionibus antedictus Penſionarius magis urgebat eoſdem Heredes, ut ſibi ſolverent terminum Menſis Junii anni 1652., quem nunquam ſibi ſolutum dicebat, & in ſuæ aſſertionis fundamentum allegabat non exiſtentiam quietantiæ, & deficientiam receptionis Anni 1652. quam Heredes reperiſſent unà cum aliis prænominatis, ſi defunctus tunc temporis dictum terminum Menſis Junii Anni 1652. perſolviſſet.

His ſtantibus in facto, ex eis orta eſt ſecunda Diſcordia, in qua diſputare oportuit; Utrùm Domini Heredes tenerentur ſolvere terminum illius Menſis, & Anni 1652. & requiſitus ego quid Juris? Reſpondi in ſenſu veritatis, Heredes non teneri, quia etſi non repererint quietantiam, & receptionem ſolutionis pro dicto Penſionis termino, præſumitur de Jure ſolutum fuiſſe à Canonico defuncto ex ſequentibus auctoritatibus, & legalibus doctrinis.

Primò, quia firma, & juridica eſt Regula, quod quando debitor habet quietantias, & receptiones ſo-

Digitized by Google

luti debiti per tres continuos annos factas manu cre-
1 ditoris, per hunc nihil peti poteſt pro credito anno-
rum præcedentium; præſumitur enim plenè ſatisfa-
ctum juxtà textum in *l. Quicunque. C. De Apoch. lib.* 10. quem textum Bartolus *ibid.* dicit eſſe ſingularem; Baldus verò in *cap. Litteræ. De Dilation.* aureum appellat, ut notat Emin. Card. Mantica *de Tacitis, & Ambig. lib.* 3. *tit.* 15. *num.*66. Verba ejuſdem Legis, ac textus ſunt ſequentia: *Si trium cohærentium ſibi annorum apochas, ſecuritateſque (debitor) protulerit, ſuperiorum temporum apochas non cogatur oſtendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coerceatur.* Hujus magiſtralis textus auctoritate, omnes Doctores concorditer ſcribunt, quod qui habet tres continuatas ſolutiones, ſemper per antea præſumitur ſolviſſe; & qui ſolvit annuum canonem tribus annis continuatis, cenſetur ſolviſſe toto tempore præterito, ut videre eſt apud Jaſon. *in l.* 2. *num.* 168. *C. De Jure Emphyteut.* & *in l. Si certis annis. num.* 4. *C. de Pactis.* Decium *conſ.* 650. *num.* 15. Gabriel. *de Præſumpt. concl.* 11. Maſcard. *de Probat. concluſ.* 1320. Card. Pariſium *vol.* 1. *conſ.* 108. *num.* 31. & 32. Cephal. *conſ.* 96. *num.* 20. *vol.* 1. Cardin. Tuſchum *lib.* 7. *concluſ.* 376. & alios plurimos, quos citat, & ſequitur Pyrrhus Maurus *in tract. de Solutionib. cap.* 36. *per totum.* Idcircò cum Domini Heredes Beltramini oſtendant ſolutiones annuas Penſionis prædictæ factas non ſolùm per tres annos, ſed per annos viginti, & ultrà continuos, ex eis præſumitur, ſolutum fuiſſe etiam utrumque terminum ejuſdem Penſionis pro Anno 1652., præcedente antedictas quietantias, & ſolutiones.

Et quod hæc ſolutio annui debiti facta tribus continuis annis liberet debitorem ab obligatione docendi, ſe annis præcedentibus debitum illud ſolviſſe, docet in puncto Rota coram Merlino *deciſ.* 132. cujus ver-
2 ba ſunt ſequentia: *Domini ſteterunt in deciſis ſub die 8. Martii* 1621. *coram R. P. D. meo* Veroſpio, *quod ſcilicèt fructus cenſus, de quibus agitur, ſint calculandi ab anno* 1599. *de Menſe Auguſti, quoniam pro ante elapſis annis conſtat de ſolutione fructuum ex quietantiis, quæ dantur pro tribus annis continuis, nempè annis* 1595. 1596. 1597. *quæ poſteriores trinæ, & annales ſolutiones inferunt, & indicant, pro annis præteritis integrè fuiſſe ſolutum, juxtà* l. Quicunque. C. de Apoch. publ. lib. 10. *& ibi notant. DD. & plenè* Gabriel *concl.* 11. *tit. de Præſumpt.* Menoch. *Præſumpt.* 139. *lib.* 3. Maſcard *de Probat. concluſ.* 1321. *& alii.*

Et in ſpecie Penſionis Eccleſiaſticæ ſuper fructibus beneficii reſervatæ, quod ſolutiones factæ per tres continuos annos reddant immunem Titularem ab omni petitione Penſionarii pro omnibus annis antecedentibus, ſcribunt Gigas *de Penſionib. quæſt.* 81. Me-
3 nochius *d. lib.* 3. *Præſumpt.* 139. *num.* 9. *& num.* 13. ubi ex auctoritate plurium Doctorum, quos ibi allegat, extendit hanc liberationem etiam ex ſolutione trium Semeſtrium continuatorum, quando Penſionis ſolutio fuerit à Papa diſtributa in ſemeſtribus, ut conſuetum eſt fieri, pro majori commoditate tùm Titularis, tùm Penſionarii; quem non eſt veriſimile feciſſe tres quietantias, & receptionem trium continuatorum Semeſtrium ſuæ Penſionis, abſque declaratione quod termini antecedentes non fuerint ſoluti; ſi verè, ac realiter de iiſdem ſolutionem non recepiſſet; omnes enim creditores in ſimilibus caſibus ſolent proteſtari de terminis decurſis non ſolutis; & quod præſentem terminum recipiunt ſine præjudicio præteritorum. Nihilominùs Tondut *de Penſionib. cap.* 3.
4 *num.* 30. hanc trium Semeſtrium ſolutionem opinatur non producere liberationem antecedentium terminorum Penſionis ob doctrinam Alexandri *conſ.* 105. *num.* 3. *lib.* 3. Maſcardi *de Probat. concl.* 1326. *num.* 11. & Cencii *de Cenſibus quæſt.* 87. *num.* 27. qui inhærentes verbis *ſupracit. Leg. Quicunque. C. de Apochis lib.* 10. requirenti ſolutionem trium annorum continuatorum, tenent eſſe neceſſarium oſtendere quietantias, & receptiones trium annorum, & ſic ſex Semeſtrium continuatorum ad repellendos Penſionarios petentes aliquem terminum præcedentium annorum, vel Semeſtrium.

Hæc autem omnia intelligenda eſſe ait Tondut *de Penſion. d. cap.* 3. *à num.* 25. *& ſeqq.* non ſolùm quando ſolutiones trium annorum ſunt integræ, &
5 factæ uni, & eidem perſonæ, non autem diverſis, ſed etiam quando agitur de Penſionibus reſervatis ſuper beneficiis vacantibus: ſiquidem quando Penſio fuit reſervata ſuper beneficio pleno ad inſtantiam, & ſupplicationem Titularis illud poſſidentis, qui hunc favorem vult facere alicui amico ſuo, ſeu Sanguine conjuncto; in hoc caſu, quia Papa in reſervatione inſerere ſolet hoc decretum: *Volumus autem, quod ſi dictus N. Titularis, & beneficii poſſeſſor in*
6 *ejus vita, & quamdiù dictum beneficium obtinuerit hanc Penſionem verè, & realiter non ſolverit cum effectu, dicta reſervatio ſit nulla ipſo jure.* Neceſſe eſt, ut Penſionarius agens ad exigendam Penſionem à Succeſſore probet eam exegiſſe ſingulis annis à Titulari Prædeceſſore; itaut non ſufficeret docere eam per tres tantùm continuos annos exegiſſe; quia ob expreſſum decretum Papæ ad tollendas fraudes inſertum in Litteris, oportet ut verè, ac concludenter conſtet de Solutione Penſionis facta per Prædeceſſorem Titularem à die reſervationis uſque ad ejus mortem; & ſic quod prædictæ ſolutiones factæ fuerint coram Notario, & Teſtibus, ut firmat Tondut *ibidem num.* 8. Natta *conſ.* 543. *num.* 13. *lib.* 3. Rota coram Cardin. Seraphino *deciſ.* 302. *num.* 3. Emin. Card. de Luca *de Penſion. diſc.* 7. *num.* 4. qui tamen *num.* 8. tenet, non eſſe neceſſarium Notarium publicum, ſed ſufficere duos teſtes. Et in puncto eadem
7 Rota coram Ubaldo impreſſa poſt Poſtium *de Manutent. deciſ.* 611. *num.* 10. & coram Pirovano exiſtens *in part.* 4. *recent. deciſ.* 585. *tom.* 1. quæ eſt Magiſtralis circa ſolutionem omnium terminorum Penſionis reſervatæ beneficio pleno realiter à Titulari faciendam. Cæterùm ubi agitur de Penſione impoſita ſuper beneficio vacante, qualis erat iſta, de qua con-
8 tendebatur, ad probandum terminos antecedentium annorum fuiſſe ſolutos, ſatis eſt oſtendere quietantias, ac receptiones Penſionarii trium continuatorum annorum ſubſequentium, ex ſupracitatis DD. & Rota *part.* 11. *recent. deciſ.* 245. *num.* 2. nec non ex Theſauro *deciſ.* 114. *num.* 4.

Concurrebant autem aliæ etiam præſumptiones ad favorem DD. Heredum de Beltraminis ſuper ſolutione Penſionis facta pro duobus terminis Anni 1652. à Domino Canonico Beltramino defuncto; quarum una erat diuturnitas temporis, ſcilicèt annorum 24. cum enim ipſe Dominus Canonicus Beltraminus obtinuerit poſſeſſionem Canonicatus, ac Præbendæ Theologalis initio Anni 1652., & vixerit uſque ad diem 14. Martii 1676. ſi Penſionario non ſolviſſet duos terminos Penſionis pro primo Anno 1652., non eſt veriſimile, quod per tam diuturnum tempus Pen-
9 ſionarius ipſe tacuiſſet; & non curaſſet ſibi ſatisfieri pro terminis prædicti primi anni; ut conſiderat Menochius *d. lib.* 3. *Præſumpt.* 135. *num.* 3. nec non *conſil.* 1267. *num.* 9. ubi refert Doctores decem, & novem docentes, ex diuturnitate temporis, & ex longa taciturnitate creditoris, exigentis ſuum creditum annuatim, præſumi pro annis à multo tempore in antea defluxis omne debitum ei fuiſſe ſolutum; & hoc idem ſcribit Card. Mantica *deciſ.* 266. *num.* 5. his verbis: *Accedit etiam non eſſe veriſimile, quod ſi D. Baccius fuiſſet creditor Archiepiſcopi, ſpatio* 15. *Annorum, id, quod ſibi debitum fuiſſe contendit, non petiiſſet: quamobrem ex ſilentio tanti temporis conjectura etiam ſumitur, quod non fuerit creditor, vel quod ei eſſet ſatisfactum. Oldrad. conſ.* 183. *num.* 10. *Card. Pariſius conſ.* 137.

Digitized by Google

co:ſ. 137. *num.* 12. *lib.* 4. *Afflict. deciſ.* 13. *num.* 21. *Verſ. Nona conjectura. Cravett. conſ.* 148. *num.* 12. Quibus adhæſit etiam Rota coram Merlino *deciſ.* 124. *num.* 33. atque *deciſ.* 246. *num.* 3. pariterque *part.* 10. *recent. deciſ.* 196. *num.* 6.

Accedebat alia quoque præſumptio favorabilis iiſdem DD. Heredibus; nempè ingenuitas, ac bonitas ipſius defuncti Canonici Theologi; qui cum fuerit ſemper religioſæ, ac timoratæ conſcientiæ; promptè quoque annis ſingulis ſolvebat utrumque terminum
9 Penſionis, qua oneratus erat ejus Canonicatus, ut conſtabat ex quietantiis, & receptionibus poſt ejus mortem receptis; & talis promptitudo, ac religioſitas in ſatisfaciendo annis ſingulis ſuo Penſionario, præſumere facit, quod ei ſatisfecerit etiam pro Anno 1652. ut conſiderat idem Card. Pariſius *conſ.* 83. *num.* 29. *vol.* 1. Surdus *deciſ.* 105. *num.* 1. & Rota *d. part.* 10. *recent. deciſ.* 215. *num.* 12. *& num.* 18.

Porrò aliam pariter vehementem præſumptionem de ſolutione omnium terminorum, ac annorum præcedentium ego deſumebam, conſiderando quietantiam, ſeu receptionem terminorum Penſionis pro Anno 1672. in qua ſic reperiebatur ſcriptum à Penſionario manu propria: *Confeſſo io ſottoſcritto haver ricevuto l' intiero ſaldo della mia Penſione dall' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Monſignore Canonico Beltramini per tutto l' Anno* 1672. Quandoquidem verba illa *l' intiero*
10 *ſaldo della mia Penſione* denotant uſque ad illam diem eam eſſe integrè ſatisfactam, itaut nihil remaneat ſatisfaciendum ab eodem Canonico Titulari pro quovis Anno, aut termino anteà decurſo, nullo prorsùs excepto; itaut totum debitum Penſionis uſque ad eandem diem ſit omninò extinctum juxtà textum *in l.* 2. & ibi Caſtrenſ. *C. de Hered. inſtituend.* Gratian. *Diſcept. forenſ. cap.* 3. *num.* 3. Rota coram Buratto *deciſ.* 344. *num.* 18. & coram Emin. Card. Celſo *deciſ.* 359. *num.* 3. eadem Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 261. *num.* 2. *&* 3. *tom.* 1. noviſſimè ipſamet Rota *part.* 19. *recent. deciſ.* 416. *num.* 3. *tom.* 2.

Neque ſubſiſtebat objectio, quam faciebat Penſionarius excipiendo contra quietantias, & receptiones ſuas dicendo, eas omnes continere ſolutionem Penſionis Anni antecedentis, quo erant conſcriptæ; ea ratione quia Titularis ſolvebat utrumque Penſionis terminum non eo anno, quo uterque erat debitus, & maturatus, ſed anno ſequenti; ideſt poſticipatè poſt duos terminos maturatos. Nam huic objectioni reſpondebatur dupliciter: Prima reſponſio erat, quod prima quietantia, ſeu receptio exhibita per DD. Beltraminos heredes dicebat, ſolutam fuiſſe Penſionem pro termino S. Joannis 1653. & pro termino Natalis Domini 1653. & ſimili expreſſione loquebantur quietantiæ ſequentium annorum; ſingulæ quarum exprimebant terminos Anni 1654. 1655. 1656. & ſic in cæteris uſque ad obitum Domini Canonici Beltramini. Si prima receptio duorum terminorum Penſionis de Anno 1653. fuiſſet pro ſolutione poſticipata, & pro Penſione debita Anno antecedenti; utique Penſionarius id expreſſiſſet, atque dixiſſet, talem ſolutionem eſſe pro terminis Junii, & Decembris antecedentis Anni. Sed quia ſolutiones non erant poſticipatæ, ſed erant pro illo anno; in quo prædictæ quietantiæ, & receptiones ſunt ſcriptæ, & confectæ; & prima earum, quas repererunt Domini Heredes cantabat, & & dicebat pro terminis S. Joannis, & Natalis Domini Anni 1653. Secunda pro iiſdem terminis Anni 1654. tertia pro terminis Anni 1655. & ſubſequenter ita loquebantur omnes; deducebam, quod ſolutiones non poſſunt dici poſticipatæ, nec quod ſint referendæ ad Penſionem debitam anno antecedenti; ſed ſunt intelligendæ de Penſionibus, ac terminis illius anni,
11 quem nominant, & exprimunt; & de quibus ipſæ clarè loquuntur; nam verba clara non admittunt interpretationem, neque alterius ſenſus conjecturam. *l. Licet Imperator. ff. de Legat.* 1. Socin. *conſ.* 13. *num.* 39. *lib.* 1. Cardinalis Tuſcus *tom.* 8. *Litt.* V. *concluſ.* 108. & Rota coram Card. Seraphino *deciſ.* 762. *n.* 1.

Altera reſponſio adverſus objectionem erat, quod in ſecunda quietantia, ac receptione facta per Penſionarium pro duobus terminis ſibi ſolutis, ut in ipſa dicit, Anni 1654. declarat ipſe Penſionarius in eadem ſolutione ſibi facta bonificaſſe Domino Canonico Beltramino Titulari ſuam contingentem portionem pro
12 Subſidio Papali ad favorem Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ impoſito ſuper omnibus beneficijs, ac Penſionibus eo Anno 1654. Prædicta ſolutio Anni 1654. cum bonificatione Subſidii apertè demonſtrat, ſolutam fuiſſe Penſionem debitam, ac maturatam eodem Anno 1654. atque pro duobus terminis eodem Anno 1654. maturatis, & decurſis. Alioquin ſi ſolutio facta eſſet pro terminis Anni antecedentis 1653. ex iiſdem non erat bonificandum Subſidium, quia eo Anno 1653. non erat impoſitum; & bonificatio à Penſionariis eſt facienda pro ratis, ſeu terminis Pen-
13 ſionis illius Anni, in quo à Papa conceſſum eſt Subſidium; ut dixi ſupra *Diſcord. V. num.* 14. *& Diſcord. VI. num.* 23. *&* 29. Igitur cum bonificatio Subſidii facta fuerit in receptione, & quietantia pro ſolutis terminis Penſionis Anni 1654. tenendum eſt, eoſdem terminos fuiſſe maturatos, ac debitos ipſo Anno 1654. ſicque ſolutiones omnes, & ſingulas non eſſe poſticipatas, ſed eſſe pro Anno illo, de quo eædem quietantiæ loquuntur; & cum hæ quietantiæ ſint non trium tantùm, ſed viginti trium annorum continuatorum, ab Anno ſcilicèt 1653. incluſivè uſque ad Annum 1675. pariter incluſivè, concludebam, ex iiſdem continuatis ſolutionibus præſumi ſolutos fuiſſe etiam duos terminos Anni 1652. etſi Domini Heredes Beltramini receptionem, & quietantiam illius Anni non reperirent, ex juribus, auctoritatibus, Deciſionibus Rotæ, ac Doctoribus ſupra allegatis, quibus addendus eſt Gratianus *Diſcept. forenſ. cap.* 716. *num.* 12. ita ſcribens: *Obſtant ſexdecim quietantiæ, & ſolutiones*
14 *de bimeſtri in bimeſtre continuæ, & diverſis temporibus factæ, quæ faciunt præſumi ſolutiones pro tempore præterito. l. Quicunque. C. de Apochis publ. lib.* 10. *cujus diſpoſitio procedit, ſivè agatur de ſolutione ſemeſtrium, ſivè trimeſtrium, ſivè bimeſtrium, cum eadem ratio militet in iſtis ſolutionibus, quæ in annalibus.* Baldus *in d. l. Quicunque. num.* 6. Jaſ. *in l. Divortio. §. Quod in Anno num.* 5. *ff. Solut. Matrim.* Gabriel *concl.* 11. *num.* 14. *de Præſumpt.* Menochius *eod. tit. quæſt.* 139. *num.* 13. *part.* 3. *ubi de communi*, poſt Padill. *latè in l.* 1. *num.* 13. *C. de Fideicomm.* Sanè ſi petitioni creditoris pro annis præteritis obſtabant ſexdecim quietantiæ, ut hic inquit Gratianus, multò magis in caſu præſentis Diſcordiæ obſtare debent vigintitres quietantiæ per vigintitres continuos Annos à Penſionario exaratas, qui habitâ reflexione ad hæc Legalia fundamenta deſervit Inſtantiam, & prædictis DD. Heredibus ampliùs moleſtus non fuit.

DISCORDIA XV.

ARGUMENTUM.

Diſputatur inſignis Quæſtio, Utrùm impetrans novam Penſionem à Papa teneatur ei narrare beneficia, ac alias Penſiones, quas obtinet? Amplectitur opinio negativa, quæ juribus, rationibus, ac auctoritatibus roboratur. Fundamenta contrariæ opinionis reſolvuntur; & oſtenditur, Penſionarium eſſe manutenendum in ſua poſſeſſione exigendi Penſionem, non obſtante quocunque nullitatis prætextu, qui in petitorio tantùm eſt examinandus, non retardata interim Penſionis ſolutione.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 *Thienarum locus Vicentini Territorii, ac Diæceſis Patavinæ laudatus.*

2 *S. Cajetanus ex nobiliſſima Thienæa Familia Vicentina natus.*

3 *Gregorius Farra Archipresbyter Thienarum Vir eruditus.*

4 *Litteræ Apoſtolicæ cur expediantur ſuper Penſionibus per Epiſcopos reſervatis?*

5 *Penſio per Papam conceſſa an ſit nulla, ſi Penſionarius non ei narraverit alia beneficia, & alias Penſiones, quæ, & quas poſſidet?* Et num. 18.

6 *Penſionarius eſt manutenendus in poſſeſſione exigendi, quocunque prætextu nullitatis non obſtante.*

7 *Narrativa obtentorum eſt facienda Papæ in impetratione novi beneficii.*

8 *Penſio per Papam alicui reſervata ſapit naturam beneficii. Contrarium* num. 25.

9 *Penſiones priùs obtentæ Utrùm ſint exprimendæ in impetratione novæ Penſionis?* Et num. 13.

10 *Narranda ſunt Papæ ea omnia, quæ ipſum in gratia concedenda difficilem redderent.*

11 *Stylus Curiæ Romanæ in impetratione Penſionis an requirat expreſſionem obtentorum?*

12 *Stylus Curiæ Romanæ facit jus.*

13 *Doctores referuntur, qui tenent, obtenta eſſe narranda in impetratione Penſionis.*

14 *Penſio antiqua eſt exprimenda, quando nova impetratur ſuper eodem beneficio.*

15 *Narrandæ non ſunt Penſiones aliâs obtentæ in impetratione Penſionis novæ.*

16 *Penſio quando dici poſſit verum beneficium?*

17 *Narranda non ſunt beneficia aliâs obtenta in impetratione novæ Penſionis.*

19 *Manualia beneficia vera beneficia non ſunt; quia quandocunque poſſunt auferri etiam ſine cauſa.*

20 *Manualia beneficia non ſunt exprimenda in impetratione novi beneficii.*

21 *Manualia beneficia non includuntur ſub reſervationibus.*

22 *Perpetuum dicitur beneficium, quod durat per totam vitam proviſi.*

23 *Penſiones reſervatæ ab Epiſcopis non ſunt perpetuæ, ſed temporales.*

24 *Penſiones temporales non ſunt narrandæ, dum impetratur nova Penſio à Papa.*

25 *Penſio non eſt beneficium, nec venit nomine Eccleſiaſtici beneficii.*

26 *Narranda quæ ſint Papæ in impetratione beneficiorum?*

27 *Stylus Curiæ Romanæ non inducitur ex aliqua narratione non neceſſaria, & ad majorem cautelam facta.*

28 *Opinio Doctorum ſine ratione ſcribentium non eſt attendenda.*

INter egregias Parochiales Eccleſias hujus Patavinæ
Diæceſis præfulget illa Archipresbyteralis Thiena-
rum, ſub titulo Aſſumptionis BEATÆ MARIÆ
VIRGINIS, in Territorio Vicentino ædificata;
cujus loci R. P. Jacobus Salomonius *in Inſcript. Agri*
Patav. pag. 419. hæc habet; *Thiene Vicariato Nobile,*
1 *luoco civile, e molto popolato, dove fù anticamente un*
Caſtello dalla Nobiliſſima Caſa Thiene edificato, dal
quale poi preſe il cognome; & ex qua Illuſtriſſima
Urbis Vicentinæ Familia ortum habuit S. Cajetanus,
Clericorum Regularium Inſtitutor, cujus præconia,
2 ac eximia miracula noviſſimè referunt, tùm Joſeph
Silos *in ejus Vita*, tùm Bagatta *in Admirand. Orbis*
Chriſt. tom. 1. & 2. Vacavit hæc Archipresbyteralis
Eccleſia Anno 1658. ſub regimine glorioſæ recorda-
tionis Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Georgii Cor-
nelii Sereniſſimi Joannis Cornelii Ducis Venetiarum
Filii; qui propoſito ad eam concurſu, illam uti va-
cantem in ſuo Menſe ordinario deſtinavit Rev. Gre-
3 gorio Farræ Juris Utriuſque Doctori, ac in humanis,
ſacriſque Litteris Viro eruditiſſimo, cum Penſione
tamen Ducatorum 40. Auri de Camera ad favorem
Clerici Jacobi Talaſſii familiaris ſui; ita tamen, ut
expedirentur Litteræ Apoſtolicæ, ut ſtatim factum
fuit, tàm ſuper collatione Archipresbyteratus, quàm
ſuper reſervatione Penſionis, juxtà uſum, qui inole-
4 vit ad evitandas lites inter Titularem, & Penſiona-
rium ſuper juſta cauſa reſervandi Penſionem per Or-
dinarium, & ad eam reddendam perpetuam, totâ
vitâ ejuſdem Penſionarii durante, ut ſcribit Tondut
de Penſionib. cap. 1. *num.* 26. *cum ſeqq.* Emin. Card. de
Luca *eod. tract. diſc.* 39. *num.* 1. & *diſc.* 40. *num.* 8. &
ibi Rota *part.* 5. *recent. deciſ.* 595. *num.* 5.

Soluta fuit promptè hæc Penſio ab ipſo Archipres-
bytero Farra per decennium, & ultrà; poſteà verò
detrectavit eam ampliùs ſolvere prædicto Penſionario
Talaſſio, qui implorato ſuffragio ab hac Curia Epi-
ſcopali Patavina; & elevato monitorio pœnali, ac eo
intimato prænominato Archipresbytero; illud ipſe
impugnavit, aſſerens Penſionem eſſe, ac ab initio
5 fuiſſe nullam; eo quia in ejus reſervatione Penſiona-
rius non narraverat Summo Pontifici ſe poſſidere duo
beneficia ſimplicia Eccleſiaſtica; ac duas alias, vel
tres Penſiones, quibus ab eodem Antiſtite Cornelio
ante vacationem hujus Archipresbyteratus Thiena-
rum fuerat ditatus; quâ narrativâ omiſsâ reſerva-
tionem Penſionis ſuper illo nullam, & invalidam re-
manſiſſe aſſerebat ad tradita per Menochium *de Ar-*
bitr. Judic. caſu 201. *num.* 51. Flam. Pariſium *de Re-*
ſignat. benefic. lib. 2. *quæſt.* 15. *num.* 5. *lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.*
13. & *lib.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 78. & alios, quos allegat,
& ſequitur Garzias *de Benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 81.
& *ſeqq.* & ſuper hac Diſcordia ego conſultus pro ve-
ritate à Penſionario, reſpondi juſtitiam militare ad
ejus favorem; ipſumque Titularem non poſſe exau-
diri neque in poſſeſſorio, neque in petitorio judi-
cio.

Non in poſſeſſorio, quia cum jam ipſe ſolverit
hanc Penſionem per decennium, & ultrà, ut in judi-
cio confitebatur, Penſionarius manutenendus erat in
poſſeſſione exigendi Penſionem ſuam; cujus ſolutio
6 retardari non poterat ſub prædictæ nullitatis exceptio-
nis prætextu; quippè in judicio poſſeſſorio ſummariiſ-
ſimo non admittuntur hujuſmodi exceptiones, quæ
turbidæ ſunt, & requirunt altiorem indaginem. Gra-
tian. *Diſcept. Forenſ. cap* 426. *num.* 14. & 15. Lorerius
de Re benefic. lib. 1. *quæſt.* 38. *num.* 73. & 74. Tondut
de Penſionib. cap. 51. & 52. utrobique *num.* 1. & 2. Po-
ſtius *de Manutent. obſerv.* 18. *num* 41. *obſerv.* 42. *num.*
50. & *obſerv.* 56. *à num.* 19. & *ſeqq.* Rota poſt eundem
Poſtium *deciſ.* 113 per totam; & poſt Tondutum *de-*
ciſ. 81. Eadem Rota coram Ludoviſio *deciſ.* 57. *num.*
16. coram Verallo *part.* 2. *deciſ.* 320. Item *part* 3. *re-*
cent. deciſ. 436. noviſſimè eadem Rota coram Priolo
deciſ. 266. *num.* 13. & 31. contra quas auctoritates cum
non daretur replicatio, conceſſa fuit Rev. Talaſſio
Penſionario petita manutentio in exigenda Penſione;
ſalvo Jure ipſius Titularis circa prætenſam ejuſdem
Penſionis nullitatem in petitorio, atque ordinario ju-
dicio; non retardata interim ſolutione.

Igitur reaſſumpto judicio petitorio, & ordinario in
hac Diſcordia, urgebat Archipresbyter Thienarum
pro declaratione nullitatis Penſionis reſervatæ ad fa-
vorem Jacobi Talaſſii ſuper prædicto Archipresby-
teratu ob non factam expreſſionem duorum beneficio-
rum ſimplicium, quæ poſſidebat, & duarum, vel
trium aliarum Penſionum, quibus priùs ditatus fue-
rat; & nitebatur Titularis his fundamentis.

Primò, quia de Jure qui impetrat à Papa aliquod
beneficium tenetur exprimere omnia alia beneficia
per eum antea obtenta cum eorum vero valore; aliâs
7 impetratio eſt nulla, & ſubreptitia. *cap. Ad aures.*
cap. Cum adeò. & *cap. Paſtoralis. De Reſcript. cap. Si*
motu

Digitized by Google

motu proprio. De Præben. in 6. Menochius de Arbitr.
Judic. caſu 201. num. 41. Barboſa in cap. Ad audien-
tiam. 31. num. 3. de Reſcript. Monald. conſ. 92. num. 1.
qui id eſſe neceſſarium advertunt, quamvis beneficia
eſſent modici valoris. Sed Penſio, quam Papa reſer-
vat Clerico, ejuſdem Clerici vita durante, ſapit na-
8 turam beneficii. Gigas de Penſion. quæſt. 67. num. 4.
Tondut eod. tract. cap. 64. num. 6. in fin. Garzias, qui
alios DD. cumulat d. part. 1. cap. 5. num. 81. Ergo in
impetratione Penſionis beneficia priùs obtenta ſunt
exprimenda; quæ ſi non exprimantur, reſervatio
Penſionis eſt nulla.

Secundò, & multò magis aliæ Penſiones priùs ob-
tentæ ſunt ab impetrante exprimendæ; quia & ipſæ
9 ſapiunt naturam beneficii; & cum Papa reſervet Pen-
ſionem Clerico, ut commodiùs vivere valeat, ut in
Litteris ejuſdem Penſionarii Talaſſii, neceſſe videtur
narrare eidem Papæ, quas & quantas Penſiones Cle-
ricus habeat, ut ſciat, an ulterioribus proviſionibus
egeat; narrare enim oportet ea omnia, quæ poſſunt
10 reddere Papam difficilem in gratia concedenda. Me-
nochius d. caſu 202. num. 2. Roſa de Executor. Litter.
Apoſtolic. part. 2. cap. 2. num. 1. Amydenius de Stylo
Datariæ lib. 1. cap. 32. num. 24. & Rota coram Gre-
gorio XV. deciſ. 237.

Tertiò, quia talis eſt conſuetudo, & Stylus Curiæ
Romanæ, ut in impetratione Penſionis narrentur,
& exprimantur Papæ beneficia, & aliæ Penſiones,
11 quæ poſſidentur ab impetrante. Garzias d. part. 1.
cap. 5. num. 85. Conſuetudo autem habet vim legis.
cap. Cum dilectus. & ibi DD. De Conſuetud. l. Si de
12 interpretatione. ff. de Legib. Et Stylus Curiæ facit
jus. cap. Ex Litteris. ubi Felinus. num. 4. de Conſti-
tut. Creſcent. deciſ. 1. num. 4. de Reb. Eccleſ. non
alien. Caputaquen. deciſ. 331. num. 2 part. 3. Garzias
d. part. 1. cap. 5. num. 87. & ſeqq. & ibi alii DD.
Ergo tàm beneficia, quàm Penſiones ſunt exprimen-
dæ.

Quartò, quia ſic tenent, & docent celebres Benefi-
cialiſtæ, quos cumulat idem Garzias d. cap. 5. à num.
81. & ſeqq. ubi Gloſſator antiq. ad Reg. 61. Cancel-
lar. in fin. Sarnen. in Regul. de Infirm. quæſt. 16. verſ.
13 non videmus. Gigas de Penſion. d. quæſt. 67. num. 3.
Hojeda de Benefic. part. 2. cap. 7. num. 1. Menochius
de Arbitr. judic. caſ. 201. num. 51. Pariſius de Reſignat.
d. lib. 2. quæſt. 15. num. 5. & lib. 6. quæſt. 2. num. 13.
nec non lib. 10. quæſt. 2. num. 78. Caccialup. de Pen-
ſion. quæſt. 26. num. 4. Rebuffus de Pacific. poſſeſſor.
num. 133. aliàs 115. Verſ. Hodie cum quælibet Penſio.
prout etiam in tract. Nominationum. num. 37. Verſ.
Primò quæro de Penſione. & alii plures, quibus ad-
hæret Anton. Bengeus Gallus in tractatu de Benefic.
in tit. de Diviſione benefic. §. 32. num. 18. & alii, quos
congerit Farinacius Conſil. Crimin. 204. à num. 1. &
ſeqq.

Hjs tamen minimè obſtantibus conſtanter tenui,
non poſſe redargui de nullitate ſupradictam Penſio-
nem Rev. Jacobi Talaſſii, quia verior opinio Do-
ctorum eſt, quod in impetratione Penſionis ſuper
aliquo beneficio, ea ſola Penſio eſt Papæ exprimen-
da, quæ antea impoſita fuit, & adhuc durat ſuper
eodem beneficio. Tondut de Penſion. cap. 44. num. 1.
Rota in Florentina Penſionis 24. Januarii 1696. co-
14 ram R. P. D. Dell'Olmo, impreſſa poſt Antonellum
De Jurib. Clericor. Deciſ. 28. num. 1. ubi DD. pluri-
mi. Verùm aliæ Penſiones, quas impetrans poſſidet
ſuper fructibus Eccleſiarum aliarum; ſeu beneficia,
quibus alibi ditatus eſt, non eſt neceſſe, ut in impe-
tratione narrentur, ut conſtanter tenent Tondut QQ.
15 Benefic. tom. 1. part. 2. cap. 1. §. 4. num. 93. Loterius de
Re benefic. lib. 1. cap. 45. à num. 1. & ſeqq. Gonzalez
ad Reg. 9. Cancell. gloſſ. 5. §. 15. num. 16. Cochier ad
Regul. Cancell. 61. num. 28. idem Tondut de Penſionib.
cap. 64. num. 7. & 8. ubi rationem reddit hujus opinio-
nis ita ſcribens: Licèt Penſio, latè ſumpto vocabulo,
beneficii nomine comprehendatur. Rota deciſ. 123. num.
12. part. 3. recent. tamen non poteſt propriè dici benefi-
cium. Gonzalez d. gloſſ. 5. §. 5. num. 2. niſi aſſignata eſ-
ſet in titulum beneficii perpetui eo modo, quo ſuperiùs
explicavimus; quando ſcilicèt ex antiquo pinguiori be-
neficio redditus capiuntur, & diſmembrantur, ut ex
16 illis novum fiat beneficium; tunc enim illa Penſio ve-
rè, & propriè beneficium eſt, ut etiam explicavimus
in dd. QQ. beneficial. vol. 1. part. 2. cap. 1. §. 4. num.
22. Sicut nec facienda eſt expreſſio Patrimonii alicui ad
ſacros Ordines ſuſcipiendos conſtituti, ut probat Lote-
rius lib. 1. quæſt. 45. num. 7. & Garzias part. 1. cap. 5.
num. 77. &c. Eodem modo Penſio non habet cauſam
perpetuam, quia extinguitur morte Penſionarii, aut
aliis modis; & ſic non eſt perpetua, quia beneficium
vacat quidem, ſed non extinguitur; Penſio verò ex-
tinguitur, ſed non vacat. Gigas de Penſion. quæſt. 12.
num. 1. & quæſt. 1. num. 5. Gonzalez d. gloſſ. 5. §. 5.
num. 21. ubi probat Penſionem eſſe onus temporale, &
non perpetuum; & ſic degenerare à natura beneficii,
quod eſt perpetuum; & num. 40. ubi firmat illam con-
cluſionem, quod Penſio non dicitur vacare, ſed extin-
gui. Undè recedendum eſt à ſententia Nicolai Gar-
ziæ d. part. 1. cap. 5. num. 81. quam ex aliis DD. con-
firmare nititur; ſed optimè reſpondet Loterius d. q. 45.
num. 9. cujus dicta hìc repetere ſuperfluum eſſet; ſub-
dit tamen ſe nonnunquam vidiſſe proviſiones ſuper im-
petratione Penſionum factas fuiſſe cum expreſſione Pen-
ſionum obtentarum, ſed hoc factum fuiſſe ex timidita-
te impetrantium; & ideò nihil ex eo inferri poſſe.
Hæc omnia Tondutus, qui, ut apparet, benè probat,
in impetratione Penſionis non teneri impetrantem
narrare alias Penſiones, quas ſuper aliis Eccleſiis ob-
tinet, ut latius dicetur infra Diſcord. XVIII.

Sed nec beneficia per eum obtenta exprimenda fo-
re, dum nova Penſio ei per Papam aſſignatur, te-
ſtatur Gonzalez d. gloſſ. 5. §. 5. num. 18. ubi relatis con-
17 trariis opinionibus Garziæ, & aliorum per eum ci-
tatorum, ita ſubjungit: Cæterùm quidquid omnes ſu-
pradicti teneant, verius eſt, quod de Penſione non eſt
neceſſe facere mentionem; quia cum ex ſupradictis ap-
pareat non eſſe Eccleſiaſticum beneficium; & jura ſo-
lummodò diſponant, quod narrentur obtenta beneficia,
non igitur opus eſt narrare Penſionem, cum beneficium
non ſit, & ita ſervat Rota, ut ab ijſdem DD. Audi-
toribus audivi, quod ſufficit ad omnem prorſùs reſe-
candam difficultatem. Prout etiam pari ratione con-
traria, in gratia Penſionis, non eſt neceſſe narrare be-
neficia obtenta, cum talis gratia non ſit beneficialis,
& ita praxis obſervat. Conſtat itaque ex his Au-
ctoribus, qui in his materiis beneficialibus ſunt præ-
cipui, quod quando quis impetrat novam Penſionem
à Papa, non eſt obligatus narrare beneficia, vel Pen-
18 ſiones, quas alibi poſſidet; & per conſequens ego
inferebam, Penſionem Rev. Talaſſii ſuper Archi-
presbyteratu Thienarum non ſubjacere nullitati, ut
autumabat Archipresbyter Farra, ex eo quia ipſe
Talaſſius in impetratione ejuſdem Penſionis non ex-
preſſiſſet, ſe alias Penſiones habere, ac duo, vel
tria beneficia ſimplicia, ſibi ab Epiſcopo Patavino
antea collata.

Aliam quoque rationem ego conſiderabam ad ex-
cludendam neceſſitatem narrativæ beneficiorum an-
tea obtentorum, vel aliarum Penſionum priùs reſer-
vatarum eidem Rev. Talaſſio Penſionario; quia
ſcilicèt beneficia erant manualia, de menſa ſcilicèt
Abbatiæ, ac Monaſterii Vangaditiæ, quam tunc
poſſidebat prælaudatus Antiſtes Cornelius, & qui
tanquam Abbas conferebat beneficia de Jure ejuſdem
Abbatiæ; quæ tamen beneficia verè, & propriè be-
neficia non ſunt, cum non ſint perpetua, ſed amovi-
19 bilia; & quandocunque ab Abbate poſſint auferri, ut
notant beneficialiſtæ, inter quos Tondut QQ. Be-
nefic. part. 3. cap. 127. num. 3. & ibi Geminian. in cap.
Cum ſingula num. 10. de Præbend. in 6. Gratian. Di-
ſcept.

Digitized by Google

*ſcept. Forenſ. cap.*167. *num.*27. & quidem ſine cauſa. Emin. Card. de Luca *de Beneſic. diſc.*15. *num.*8. prout de facto ablata fuerunt eidem Rev. Talaſſio poſt mortem Abbatis, & Epiſcopi Cornelii ab Emin. Cardinali Othobono, qui ſucceſſit in eandem Abbatiam Vangaditiæ. Idcircò prædicta beneficia tanquàm manualia, & amovibilia non erant exprimenda; cum de illis tantùm ſit facienda expreſſio, quæ
20 perpetua ſunt. Emin. Card. Tuſchus *Litt. S concluſ.*734. *num.* 20. *& num.* 40. Roſa *de Executor. Litter. Apoſtolic. part.*1. *cap.* 5. *num.* 307. ea ratione quia de eſſentia veri beneficii eſt, ut ſit perpetuum; & ubi non eſt perpetuitas, non eſt verum beneficium. Loterius *lib.* 1. *quæſt.*7. *num.* 21. Gonzalez *d. gloſſ.* 5. §. 6. *num.*7. *& num.*21. & ibi *texx. in cap. Præcepta.* 55. *diſt. in cap. Veniens. cum ibi notat. De Filiis Preſbyter. & in cap.*1. *ubi* Gloſſa *Verb. perpetui. De Capellis Monachor. in* 6. Flamin. Parius *de Reſignat. lib.* 11. *quæſt.*3. *num.*92. *&* 93 & hac de cauſa beneficia manualia, & amovibilia, quia non ſunt verè beneficia, non includuntur ſub reſervationibus. Gloſſa *in*
21 *Clem. Unica. Verb. revocari. De Supplend. neglig. Prælat.* Calderin. *conſ.* 26. *De Præbend.* Gonzalez *d. Gloſſ.* 5. §. 6 *à num.* 9. *& ſeqq.* ubi demonſtrat talia beneficia manualia non comprehendi ſub regula reſervatoria menſium, neque ſub regulis de Annali, vel Triennali poſſeſſore; quod proſequitur declarando etiam Loterius *lib.* 1. *quæſt.* 33. *à num.* 2. *& ſeqq. & quæſt.* 35. *num* 18. ubi firmat; illud perpetuum di-
22 ci, quod durat ad vitam perſonæ, cui reſervatur; & per conſequens cum beneficia manualia non dentur ad vitam proviſi, ſed ab eo quandocunque auferri poſſint, non ſunt vera beneficia; & ſic non ſunt de neceſſitate exprimenda in impetratione alicujus alterius beneficii, vel Penſionis; prout ea exprimere non tenebatur prædictus Penſionarius Talaſſius.

Penſiones quoque aliæ, quibus ditatus fuerat ab Antiſtite Cornelio tanquam Clericus pauper, non erant per eum exprimendæ in impetratione hujus ultimæ Penſionis ſuper Archipresbyteratu Thienarum; quia antedictæ Penſiones tanquam reſervatæ auctoritate ordinariâ non erant Penſiones perpetuæ,
23 & quæ durare poſſent per totam vitam ejuſdem Clerici Talaſſii; ſed erant temporales, duraturæ tantummodò donec viverent Titulares, quibus earum ſolutio in collatione beneficiorum impoſita fuerat; certum eſt enim apud omnes, quod Epiſcopus non poteſt imponere Penſiones perpetuas, quæ ſubſiſtant per totam vitam Penſionarii, ut oſtendimus ſupra in hoc tractatu *de Penſionib. Diſcord.I. num.* 29. Porrò hujuſmodi Penſiones temporales nullatenùs eſſe exprimen-
24 das Summo Pontifici in impetratione alicujus beneficii, vel alterius novæ Penſionis notat in puncto etiam Gambarus *de Offic. legat. lib.*6. *num.*357. & ibi Calderin. *in conſ.*11. *de Præbend. & in cap. In noſtra. De Reſcript.* Innocent. & alii *in cap. Poſtulaſti. Et in cap. Ad audientiam. eod. tit.* Cardinalis *in Clem. fin. de Offic. Ordinar.* Quapropter attentâ hac temporalitate Penſionum non tenebatur Clericus Talaſſius eas exprimere; quatenùs etiam vera eſſet opinio DD. volentium Penſiones perpetuas eſſe exprimendas; quam tamen opinionem non ſubſiſtere *ſupra num.* 18. demonſtravimus ex Tonduto, Loterio, Gonzalez, & Joan. Chokier *in Comment. ad Reg.* 61. *Cancell. num.* 28. ita concludente: *Cum jura ſolummodò diſponant, quod narrentur obtenta beneficia, conſequens eſt Penſionis non eſſe faciendam mentionem, cum beneficium non ſit; atque ita hodie ſervat Rota.*

Adverſarii autem fundamenta non ſubſiſtebant. Non pimum, de quo *ſupra num.*7. *&* 8. quia etſi veriſſimum ſit, quod de jure in impetratione beneficii facienda ſit expreſſio aliorum obtentorum, aliâs impetratio ſit nulla; è contra eſt omninò à veritate alienum, quod Penſio ſit beneficium; & quod qui Penſionem impetrat à Papa pro commodiori ſui ſuſtentatione, dicatur impetrare beneficium; ſiquidem
25 appellatione beneficii verè, & propriè ſumpti non comprehenditur Penſio, ut ex Theologis notat Maſtrius *in Theol. Moral. diſp.* 14. *num.*74. *in fine*; & ex Beneficialiſtis advertunt Gonzalez *d. gloſſ.*5. §. 5. *n.*2. Tondut. *de Penſionib. d. cap.* 64. *num.* 8. & Loterius *d. lib.*1. *quæſt.* 45. *num.* 3. *&* 4. ubi ita ſcribit: *Penſio non poteſt dici beneficium, nec ullo modo venit appellatione beneficii Eccleſiaſtici, ne dum in materia pænali juxta* Creſcent. *deciſ.*14. *num.*1. *&* 2. *de Sent. & re judic. ubi ait hoc etiam procedere in generali, & effuſo ſermone* omnium, & ſingulorum beneficiorum; *verùm quoque in indifferenti; undè quamvis impetrantibus beneficia opus ſit facere mentionem de obtentis. cap. Ad aures. cap. Cum adeò. & cap. Paſtoralis. De Reſcript. tamen indè non cenſetur inducta neceſſitas narrandi Penſiones priùs reſervatas.* Geminian. *in cap. Non poteſt. ſub num.* 5. *Verſ. Sed. ſecùs. De Præbend. in* 6. Et huic Loterii doctrinæ concordat Rota *in Conchen. Penſionis* 24. *Octobris.* 1594. coram Penia, quæ habetur impreſſa poſt Farinacium *Conſil. Crimin. lib.* 3. *deciſ.* 87. *in qua num.* 22. ait: *Doctores, & jura agentia de hoc articulo ſemper loquuntur de beneficijs Eccleſiaſticis, non de fructibus, aut Penſionibus, reſervatis ſuper proventibus beneficiorum. Certum eſt autem in materia odioſa, qualis eſt cauſa privationis, appellatione beneficiorum non venire Penſiones.* Creſcent. *deciſ.* 296. *Incipien. Penſio in materia ſtricta &c. aliâs deciſ.* 14. *de Sent. & re judic. ubi plures allegantur DD.*

Non ſubſiſtit ſecundum fundamentum Adverſarii, quod narrandum ſit Papæ quidquid ipſum facilem, vel difficilem reddere poteſt in gratia concedenda; quia hæc concluſio reſtringitur in materia beneficiali
26 ad circumſtantias eſſentiales ipſius beneficii, de cujus impetratione agitur; Penſio autem cum beneficium non ſit, non cadit ſub hac obligatione; tantò minùs ſi Penſio antea obtenta ſit temporalis, ut benè adjungit eadem Rota poſt Farinacium *lib.* 3. *deciſ.* 87. *num.* 31. dicens: *Poſſet reſponderi, iſtam opinionem fortaſſe poſſe habere locum in Penſionibus, quæ dantur in titulum beneficii; non autem in illis, quæ dantur tanquàm fructus pro ſuſtentatione, quæ non requirunt reſidentiam, ut optimè diſtinguit* Caccialup. *præcit. quæſt.* 30. *num.* 10. *& ſeq.*

Tertium quoque fundamentum ruit de conſuetudine, & Stylo Curiæ Romanæ, quem gratis aſſeruit Garzias *d. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 85. Siquidem utrumque negat Loterius, qui fuit verſatiſſimus in ipſa Curia, etſi concedat quod aliquando aliqui formidoloſi tales expreſſiones obtentorum in impetrandis Penſionibus fecerint ad majorem cautelam, ſed ex eis non
27 inſurgit Stylus neceſſariò obſervandus, ut teſtatur *d. lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 11. dicens: *Fateor nihilominùs me aliquando vidiſſe proviſiones Apoſtolicas cum narrativa hujuſmodi, quod tamen non eſt referendum ad Stylum neceſſitatis alicujus inductivum, ſed ad meram voluntatem, ſeu potiùs levitatem aliquorum formidoloſorum; & ſi de facto talis narrativa fiat, non exiſtimo eſſe neceſſariam illius juſtificationem, cum falſitas eorum, quæ non movent, non vitiet gratiam.* Caſſador. *deciſ.* 12 *num.* 15. *de Præbend.* Carol. de Graſſis, *qui alios allegat, deciſ.* 119. *aliâs* 8. *num.* 2. *eod. tit.*

Quartum tandem, & ultimum fundamentum cadit ab auctoritate Doctorum, quos allegat Garzias *d. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 81. opinantium, in impetratione Penſionis, exprimenda fore obtenta; quia cum eorum ratio, in qua ſe fundant, non ſit vera, nempè quod Penſio ſit beneficium Eccleſiaſticum, ut probatum eſt *ſupra num.* 16. *&* 25. eorum opinio non eſt
28 attendenda. cap. Ego ſolis. diſt. 9. Bald. *in l. Reſpublica num.* 2. *Verſ. Non obſtat hæc gloſſa. C. Ex quibus caut. major.* Jaſon *conſ.* 89. *num.* 22. *lib.* 3. Surdus *conſ.* 90. *num.* 35. Cardinalis *conſ.* 76. *ſub num.* 1.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. Fateor autem , & alii , quos cumulat Loter. *d. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 185. qui propterea *eod. lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 8. expreſsè dicit, in hac facti ſpecie de auctoritate Menochii , ac aliorum ejuſdem opinionis nihil eſſe curandum . Præterquàm quod Doctores ſunt intelligendi ſecundum doctrinas, quas allegant , ut ſubdit idem Loterius *lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 44. illi autem , quos citat Garzias pro ſua opinione loquuntur de Penſionibus , quæ dantur in titulum , & ſapiunt naturam beneficii Eccleſiaſtici , ut advertunt Tondut *QQ. beneficial. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 22. & *de Penſionib. d. cap.* 64. *num.* 8. atque Loterius *eod. lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 9. quapropter eorum dicta non ſunt applicabilia præſenti Diſcordiæ ; in qua tandem attentis ſupradictis omnibus juribus, rationibus , & auctoritatibus Archipresbyter Farra etiam in judicio petitorio ſuccubuit, & condemnatus fuit ad ſolvendam Penſionem ipſi Rev. Jacobo Talaſſio tanquàm ritè, & rectè , atque validè per Summum Pontificem ad ejus favorem impoſitam , & reſervatam .

DISCORDIA XVI.

ARGUMENTUM.

Tria examinantur , & reſolvuntur Quæſita . 1. Utrùm Epiſcopus reſervare poſſit pauperi Eccleſiæ Penſionem ſuper fructibus pinguis beneficii ? 2. An Penſionarii extinguere poſſint ſuas Penſiones anticipatis ſolutionibus ſine licentia Papæ ? 3. An ſufficiat conſenſus Capituli pro affrancanda Penſione , Sacriſtiæ ſuæ egenti per Epiſcopum reſervata ?

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopi poſſunt reſervare Penſiones in collatione beneficiorum ex juſta cauſa* .
2 *Cauſa juſta eſt aliquod pium opus* , & num. 5.
3 *Suppellectilium ſacrarum proviſio dicitur pium opus* .
4 *S. Eliſabeth Reginæ Portugalliæ conſimilia opera pia* .
6 *Paupertas Clerici eſt juſta cauſa ei reſervandi Penſionem* .
7 *Pauperum appellatione venit etiam Eccleſia* .
8 *Penſio per Epiſcopum Sacriſtiæ pauperi reſervata eſt valida* .
9 *Penſionem gratis extinguere unicuique eſt licitum* .
10 *Sed anticipatis ſolutionibus an liceat ? alii DD. negant : alii affirmant . Rationes pro negativa* ibidem .
11 *Rationes pro affirmativa* .
12 *Penſionem prævià pecunià quilibet poteſt affrancare ex Sanchezio , Loterio , & Praxi* .
13 *Pariſii , Tonduti , Cardinalis de Luca opinio contraria* .
14 *Eorum rationes examinatæ , & rejectæ* .
15 *Loterii fundamenta pro licita affrancatione Penſionis mediante pecunià* .
16 *Incidenter dicta per Rotam non ſunt attendenda* .
17 *Capitulum nihil poteſt ſtatuere in præjudicium aliorum beneficiatorum* .
18 *Eccleſiæ præjudicari non poteſt à Prælato , vel Capitulo* .
19 *Capitulum affrancare non poteſt Penſionem ſuæ Sacriſtiæ reſervatam* , & num. 27.
20 *Capitulum in concernentibus divinum cultum non diſponit ſine conſenſu Epiſcopi* .
21 *Auferre non licet , id quod alicui fuit gratioſè conceſſum* .
22 *Capitulum tenetur requirere conſenſum beneficiatorum in his , de quorum intereſſe agitur* .
23 *Repudiare poteſt Capitulum annuos redditus ſuæ Eccleſiæ relictos* .
24 *Redditus annui incorporati Eccleſiæ affrancari non poſſunt ſine licentia Papæ* .
25 *Affrancatio eſt alienatio* .
26 *Papæ licentia an ſit neceſſaria pro affrancandis cenſibus affrancabilibus ?*
28 *Affrancationem redditaum annuorum Eccleſiæ fieri non poſſe DD. ita tenentes* .
29 *S. Carolus Borromeus Penſionem reſervavit pro fabrica domorum Canonicalium* .
30 *Beneplacitum Apoſtolicum , conſenſus Epiſcopi , atque Capituli requiritur ad affrancandam Penſionem in favorem Sacriſtiæ pauperis reſervatam* .

Reverendus Dominicus Fontanella Rector Parochialis Eccleſiæ Sanctæ MARIÆ Villæ de Subitio , Vicentinæ Diæceſis , de tribus voluit me conſulere ; *Unum* , an valida fuerit reſervatio Penſionis annuæ Ducatorum Venetorum 40. ſuper fructibus illius Parochialis , in ejus collatione facta *die* 24. *Februarii* 1670. per Illuſtriſſimum , ac Reverendiſſimum Joſephum Civranum Epiſcopum Vicentinum , accedente conſenſu ejuſdem Rev. Fontanellæ proviſi , ad favorem Sacriſtiæ Cathedralis Eccleſiæ Vicentinæ , attentà ejus inopià , & ad ſuppellectilium Sacrarum proviſionem ? *Alterum* , Utrùm ſit licitum Penſionariis abſque beneplacito Apoſtolico Penſiones ſuas anticipatis ſolutionibus extinguere ? Et *Tertium* , Nùm ipſe Titularis , ac Parochus Subitii poſſit de conſenſu RR. DD. Canonicorum prædictæ Cathedralis Vicentinæ ſe affrancare , & redimere ab annua ſolutione antedictæ Penſionis , exburſando eidem Sacriſtiæ pro una vice tantùm Ducatos 250. ?

Ad Primum Quæſitum reſpondi , validam fuiſſe
præfatam Penſionis reſervationem . Licèt enim Ca-
noniſtæ , ac Theologi diſputent inter ſe , ac ſint diſ-
cordes circa facultatem Epiſcopis de jure competen-
tem reſervandi Penſiones ſuper beneficijs , quos ego
allegavi ſuprà in hoc tractatu *de Penſionib. Diſcord.* I.
num. 5. & 6. ubi citantur illi , qui negativam opinio-
1 nem tenent ; nihilominùs verior , ac communior eſt
Sententia eorum , qui defendunt , poſſe Epiſcopos ex
juſta cauſa Penſiones in collatione beneficiorum vacan-
tium reſervare ; & eos recenſui *d. Diſcord.* I. *num.* 12.
quorum doctrina fulcitur auctoritate S. Rotæ Roma-
næ , quæ pluries in hac Diſcordia ad favorem Epiſco-
palis poteſtatis pronunciavit , ut legitur *part.* 1. *di-
verſor. deciſ.* 519. *num.* 3. nec non *in recent. part.* 2.
deciſ. 166. *num.* 5. atque *part.* 5. *deciſ.* 386. *num.* 3.
part. 6. *deciſ.* 94. *num.* 6. prout etiam coram Card.
Millino *deciſ.* 104. adeòut hiſce temporibus ceſſet
diſputatio de facultate ; & tota inſpectio reſtringatur
ad juſtitiam cauſæ , ob quam Epiſcopus Penſionem
reſervat .

Porrò inter juſtas cauſas , quas Doctores admittunt ,
hæ duæ præcipuè numerantur , ſcilicèt *Pium opus* ,
cui Epiſcopus applicet Penſionem ; & *Paupertas per-*
2 *ſonæ* , cui illam reſervet . De prima cauſa ſic loqui-
tur S. Thomas 2. 2. *q.* 100. *art.* 4. *in fin. Circa colla-
tionem verò beneficiorum ſciendum eſt , quod ſi Epiſco-
pus antequàm beneficium alicui conferat , ob aliquam
cauſam ordinaverit aliquid ſubtrahendum de fructibus
beneficii conferendi , & in pios uſus expendendum , non
eſt illicitum* . Hæc Doctoris Angelici verba demon-
ſtrant , validam fuiſſe reſervationem Penſionis per
Antiſtitem Vicentinum factam pro emendis ſuppel-
3 lectilibus ſacris , quibus indigebat Sacriſtia ejus Eccle-
ſiæ Cathedralis ; talis enim proviſio verè , ac propriè
reputatur opus pium ; & de eo commendatur ab Ec-
cleſia S. Eliſabeth Regina Portugalliæ , dum *die* 8.
Julii in lect. 6. *ejus Officii* ita pronunciat : *Defuncto
Rege Dionyſio &c. paulò poſt Compoſtellam proficiſcens ,
multa ex boloſerico , argento , auro , gemmiſque dona-*
4 *ria pro Regis anima obtulit . Indè reverſa domum ,*
quid-

Digitized by Google

quidquid ſibi charum, aut pretioſum ſupererat, in ſa-
cros, ac pios uſus convertit. Et quod pium opus ſit
juſta cauſa in Epiſcopo reſervandi Penſionem teſta-
tur etiam Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 496.
his verbis: *Juſta item cauſa cenſetur utilitas Eccle-*
5 *ſiæ, pro pauperibus, & egenis, pro benemeritis, pro*
Uſu pio. Altera cauſa juſtæ reſervationis de aliqua
Penſione per Epiſcopum faciendæ eſt paupertas, ac
egeſtas illius, cui fit reſervatio. Gambarus *de Offic.*
6 *Legati lib.* 6. *à num.* 102. *& ſeqq.* ubi hanc reddit ra-
tionem: *quia debet Epiſcopus eſſe omnium pauperum*
Pater, & in eos erogare bona Eccleſiarum. cap. Per-
venit. 74. *diſt. cap. Aurum. cap. Gloria. cap. Multi.*
12. *q.* 2. Cæterùm appellatione pauperum venit etiam
7 Eccleſia, quæ redditibus caret, & multas patitur in-
digentias. *l. Omnes, qui in princ.* & ibi Baldus *num.*
7. *C. de Epiſc. & Cleric.* idem Baldus *in l. Si quis ad*
declinandam in princ. num. 10. *eod. tit.* ubi dicit;
quod legatum relictum pauperibus poteſt dari fabricæ
Eccleſiæ pauperis, quia comprehenditur ſub pauperi-
bus; quod etiam affirmat Jo: Andreas *in cap. fin.*
num. 6. *de Teſtam.* & latè probat pluribus DD. citatis
Sanchez *Conſilior. Moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 59. *num.* 5.
& ideò ſtante indigentia ſuppellectilis Sacræ, quam
tunc patiebatur Sacriſtia Cathedralis Eccleſiæ Vicen-
8 tinæ, impugnari non poteſt Penſio per Epiſcopum
ei reſervata; valida enim cenſenda eſt tanquam facta
ob ejus indigentiam, quæ ſi reddit validas Penſiones
reſervatas Miniſtris Eccleſiæ pauperibus, idem dicen-
dum eſt de Eccleſia egente, ut concorditer admittunt
omnes Theologi, ac Canoniſtæ, quos longa ſerie
cumulat Pariſius *de Confident. quæſt.* 28. *num.* 120. &
Gambar. *d. lib.* 6. *num.* 122. ſubdens; *Ne dum Lega-*
tus, ſed etiam Epiſcopus omnia poteſt, quæ non ſunt
ei ſpecialiter prohibita. Ideò Cardinal. *in Clem.* 1.
quæſt. 29. *De Reb. Eccl. non alien. dicit, quod immi-*
nente Eccleſiæ neceſſitate poterat alienari ejus res in-
conſulto Papa, de quo per Felin. *in cap. Cum acceſ-*
ſiſſent. col. 9. *&* 10. *de Conſtit.* Igitur potuit Epiſco-
pus reſervare dictam Penſionem Sacriſtiæ Cathedralis
tanquam pauperi, ac indigenti; non eſt enim dete-
rioris conditionis, quàm ſit Clericus egenus, cui
omnes Beneficialiſtæ concedunt, ab Epiſcopo poſſe
reſervari Penſiones. Pax Jordanus *d. tom.* 2. *lib.* 9.
tit. 1. *ſub d. num.* 496. Tondut *de Penſion. cap.* 1.
num. 2. Emin. Card. de Luca *eod. tract. diſc.* 40.
num. 3. Rota coram Card. Millino *d. deciſ.* 104. *num.*
3. & noviſſimè eadem Rota coram Emerix *in Imo-*
len. Penſionis 27. *Aprilis* 1674. impreſſa *part.* 19. *re-*
cent. tom. 2. *deciſ.* 443. *num.* 3. & ibi Loterius *lib.* 1.
q. 3. *num.* 17. & Gigas *de Penſion. q.* 28. *num.* 20.
Verſ. Quartò.

Ad ſecundum Quæſitum Reverendi Fontanellæ
petentis, *Utrùm ſit licitum Penſionariis abſque bene-*
placito Apoſtolico Penſiones ſuas anticipatis ſolutionibus
extinguere? Reſpondi, quod ſicut in extinctione
9 Penſionis gratis facienda omnes Doctores dicunt, li-
citum eſſe; ita è contra ubi agitur de Penſione extin-
guenda mediante pecunia, ſeu per antecipatam ſolu-
tionem aliquorum terminorum, ſunt inter ſe diſcor-
des, ac diſcrepantes. Quod gratis extingui poſſit
abſque Sedis Apoſtolicæ licentia affirmant Tondut
de Penſion. cap. 21. *num.* 29. & ibi Amyden. *de Stylo*
Datariæ cap. 27. *num.* 15. Emin. Card. de Luca *de*
Penſion. diſc. 5. *num.* 3. & *diſc.* 11. *num.* 10. De ex-
tinctione verò mediante pecunia, vel ſolutis termi-
nis anticipatis idem Tondut *de Penſionib. cap.* 17. *num.*
19. *& ſeqq.* ſic ſcribit: *Magna eſt inter Doctores con-*
10 *troverſia, utrùm licitum ſit vendere, & redimere*
Penſiones, abſque vitio Simoniæ? Qui enim tali caſu
Simoniam incurri volunt, ſuam Sententiam tuentur;
primò quia Juspatronatus vendi non poteſt abſque vi-
tio Simoniæ, cum tamen minùs ſpirituale ſit, quàm
jus Penſionis, quod non competit Laicis, ſicut Juſpa-
tronatus, cujus etiam fœminæ ſunt capaces. Secundò,
cum non agatur in hac concluſione de ſolis fructibus
Penſionis, ſed de Jure illam percipiendi, agitur per
conſequens de jure ſpirituali; ſicut Laicus non poteſt
eſſe conductor juris decimandi; ſed tamen poteſt con-
ducere commoditatem fructuum decimalium. Moneta
de Decim. cap. 5. *num.* 64. Gratian. *Diſcept. for. cap.*
238. *num.* 19. *Ergo Jus percipiendi Penſionem eſt jus*
ſpirituale, aut ſaltem ſpiritualibus adhærens ex Di-
vo Thoma 2. 2. *q.* 100. *art.* 1. *in reſp. ad* 6. *Tertiò hoc*
maximè videtur procedere ex eo, quod Penſionarius
tenetur ad recitationem parvi Officii; & ſic Penſio da-
tur pro re ſpirituali; & per conſequens eſt materia Si-
moniæ; qua de cauſa hoc caſu contrahi Simoniam non
ſolùm contra jus humanum, ſed etiam contra jus di-
vinum, probat Bonacina *de Simonia diſp.* 1. *quæſt.* 4.
§. 13. *num.* 4. *& ejuſdem Sententiæ ſunt* Navarrus,
Rebuffus, *& plures alii, quos citat* Sanchez *in Con-*
ſil. Moral. lib. 2. *cap.* 3. *dub.* 46. *num.* 1. & Garzias *de*
Benefic. part. 1. *cap.* 5. *num.* 19. *& ſeqq.*

Nihilominùs ipſemet Tondut *d. cap.* 17. *de Penſion.*
n. 23. ſubdit, quod contrariam ſententiam plurimi non
infimæ notæ Doctores veriorem eſſe cenſuerunt, ea ra-
tione moti, quod ſubjectum Penſionis nullum aliud eſt,
11 quàm fructus beneficii, prout ſunt diſtincti, & ſepa-
rati ab ipſo beneficio, & ſic eſt res merè temporalis;
non enim datur pro miniſterio ſpirituali, nec titulo ſpi-
rituali, ſed tantùm ad ſuſtentationem illius, in cujus
favorem reſervatur; & ſic Clericatus, & ordo Sacer
conſiderantur tantùm per accidens, & concomitan-
ter; quod vel ex eo patet, quia Penſiones regulari-
ter non ſolvuntur in fructibus beneficii, ſed in pecu-
nia. Hinc Rota ſemper conſideravit Penſiones tan-
quam quid temporale, & ſeparatum à titulo beneficii,
nihil habens ſpiritualitatis, nec connexionis cum ipſo
titulo beneficii. Verall. *deciſ.* 99. *part.* 1. Ludoviſ.
deciſ. 403. *num.* 2. & ideò in controverſiis, quæ ver-
ſantur circa ſolutionem Penſionis, Rota ſolet conce-
dere remiſſoriam. Merlin. *deciſ.* 732. *num.* 1. & Bu-
rat. *deciſ.* 369. Undè ipſe Tondut ubi *ſupr. num.* 25.
deducit, quod *ſecundum hanc poſteriorem ſententiam*
Penſio poteſt redimi, minui, vel caſſari abſque aucto-
ritate Apoſtolica, ut pluribus citatis tenuit Rota co-
ram Buratto *deciſ.* 469. *num.* 1. *& ibi* Addit. *Litt.* A.
& in deciſ. 528. *num.* 1. & hanc opinionem, tanquam
12 veriorem, & probabiliorem, ait amplexam eſſe à
Sanchezio *d. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 46. *à num.* 13. *& ſeqq.*
& à Loterio *lib.* 3. *quæſt.* 29. *num.* 78. à quibus re-
ſolvuntur ſuprarelata contrariæ opinionis fundamen-
ta; & eorum dicta prævalent in praxi harum regio-
num, in quibus Penſionarii abſque ſcrupulo extin-
guunt ſæpè ſæpius Penſiones antecipatis ſolutionibus
octo, vel decem annorum juxtà magis juvenilem, vel
ſenilem eorum ætatem; prout ego vidi fieri à diverſis
tùm Prælatis, tùm Canonicis, tùm aliis Clericis,
qui poſſidebant Penſiones: ipſi enim ad effugiendas
Diſcordias cum Titularibus non promptè ſolventi-
bus, mediante certa ſumma pecuniæ conventâ, abſ-
que alio beneplacito Apoſtolico, eaſdem ſuas Penſio-
nes affrancarunt, & extinxerunt. Et hanc praxim,
& opinionem tuetur noviſſimè Giballin. *de Simonia*
quæſt. 20. *conſect.* 11. *per totum*, ubi hanc quæſtio-
nem plenè examinat, & concludit licitam eſſe affran-
cationem, & citat *num.* 5. pro hac opinione Cajetan.
Toletum, Leſſium, Valentiam, & alios.

Cæterùm ipſemet Tondut quamvis loco *ſupracit.*
num. 11. dixerit, hanc ſecundam opinionem eſſe ve-
riorem, & probabiliorem, ab ea recedit *eod. tract*
de Penſion. cap. 57. *à num.* 2. *& ſeqq.* ſequutus Pa-
13 riſium *de Reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 123. ubi di-
cit, quod *quando caſſatio Penſionis fit anticipatis ali-*
quot annorum ſolutionibus non poteſt fieri ſine auctori-
tate Papæ ex Achill. de Graſſis *deciſ.* 6. *de Renun-*
ciat. & hujus opinionis eſt etiam Emin. Card. de Luca
d. tract. de Penſionib. diſc. 5. *num.* 3. circa quam
hæc verba profert: *In hac materia receptum eſt,*
quod

Digitized by Google

quod Penſionarius gratuitò Penſionem remittere poteſt, ejuſque caſſationi conſentire abſque Apoſtolico beneplacito: ſecùs autem ubi fiat mediante pecunia, vel alia re temporali; quamvis dicatur ſolutione fieri pro anticipata aliquorum terminorum ſolutione; quoniam ſine dicto beneplacito actus eſt Simoniacus, & invalidus, ut ita diſtinguendo habetur apud Buratt. *deciſ.* 469. Tondut *de Penſion. cap.* 57. *num.* 1. *taliſque eſt recepta praxis, quod ſuper hujuſmodi extinctionibus obtinetur beneplacitum; pro quo ſufficit ſola ſupplicatio, ſignata manu Papæ abſque expeditione Litterarum.* Et eadem repetit *eod. tract. de Penſion. diſc.* 10. *num.* 10. nec non *diſc.* 80. *num.* 20.

Mirum quidem eſt, quod hi duo præſtantiſſimi Auctores, qui doctiſſimos tractatus de Penſionibus ediderunt, aſſeruerint, Simoniacam eſſe extinctionem Penſionis ſolutis aliquibus anticipatis terminis, abſque beneplacito Apoſtolico, quamvis contrarium tanquam magis verum, & magis probabile viderint eſſe ſcriptum à Sanchezio, & à Loterio, in Theologia primo, in materia Beneficiali altero, æquè Prin-
14 cipibus; & quamvis Rotales Deciſiones per eos allegatæ non probent intentum. Tondut *de Penſion. d. cap.* 57. *num.* 2. innitur Pariſio *de Reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. & Rotæ coram Achille de Graſſis *deciſ.* 6. *De Renunciat.* quæ potiùs innuit contrarium, & de hoc caſu nihil loquitur; ait enim: *Regreſſum voluerant Domini poſſe caſſari in manibus Notarii citrà conſenſum Pontificis; quia eſt actus favorabilis Eccleſiæ, quæ ob id liberatur à ſervitute juxtà gloſs. in cap. Agathoſa. & ibi Card. 63. diſt. Et arguebant ſemper Domini à caſſatione regreſſus ad caſſationem Penſionis juxtà tradita per Sarnen. in q. 16. in fin. & q. 18. de Infirm. reſignant.* Nihil igitur hæc Rota ſervit ad intentum, imò probare videtur contrarium; quia ſicut regreſſus poteſt caſſari citrà conſenſum Pontificis, ita & Penſio. Emin. de Luca *d. diſc.* 5. *num.* 3. *de Penſionib.* allegat Rotam coram Buratto *deciſ.* 469. quæ loquitur in diverſo caſu: nam decidit, diminutionem Penſionis non valuiſſe ob inſertum pactum, quod ſi reſiduum non ſolveretur promptè, reviviſceret integra Penſio. Quid ad nos hæc Deciſio? Ferentillus utique *ibi in addit. num.* 17. dicit: *Non poteſt tamen Penſio redimi pretio abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ, nam aliàs eſſet Simoniaca;* & citat Navarrum ita opinantem *conſ.* 61. & *conſ.* 63. *de Simonia*, ex ſuppoſito, quod Penſio ſit quid ſpirituale, ſeu ſpirituali annexum adinſtar Juriſpatronatus, quod pretio acquiri non poteſt ſine Simonia. At ſuppoſitum Navarri non eſſe verum demonſtrant tùm Sanchez *d. lib.* 2. *Conſil. Moral. cap.* 3.
15 *dub.* 46. tùm Loterius *d. lib.* 3. *cap.* 29. *à num.* 76. *& ſeqq.* ubi profundat ſe in diſcuſſione hujus quæſtionis, & oſtendit Penſionem eſſe rem merè profanam, & temporalem; atque diſtinctam à Jure ſpirituali beneficii, quia ejus ſubjectum ſunt fructus beneficii, prout ſunt diſtincti, & ſeparati ab ipſo beneficio, & per conſequens Penſio in mera temporalitate conſiſtit abſque ulla ſpiritualitate; quod de Jurepatronatus dici non poteſt, quia Jus ſpirituale eſt ab ipſo inſeparabile, undè *num.* 88. concludit per hæc verba: *Quocirca ſi ineatur pactum ſuper Penſione jam reſervatâ, nec tangatur beneficium, pacto nullo modo judicabitur Simoniaca, ut benè advertit* Gloſsator *Pragmat. Sanction. tit. de Collat. §. Item quod Univerſitates. Super Verb. Beneficiorum.* Rebuff. *in tract. de Pacific. Poſſeſſor. num.* 132. *Verſ.* 18. *concluſio.* Gigas *de Penſion. quæſt.* 1. *ſub num.* 1. *ad fin. Verſ. prædicta definitio. & quæſt.* 21. *in princ. & quæſt.* 99. *num.* 6. & 7.

Majoris ponderis eſſe poterant verba Rotæ *part.* 1. *diverſ. deciſ.* 454. *num.* 7. & coram Priolo *deciſ.* 265. *num.* 12. ubi dicitur, quod concurrente pecunia Penſio extingui non poteſt abſque beneplacito Apoſtolico; ſed nec talis aſſertio Rotæ eſt attendenda tan-
16 quàm incidenter dicta, & cum præſuppoſito erroneo ſpiritualitatis ipſius Penſionis: quibus attentis dictum Rotæ non attenditur ex doctrina ejuſdem Emin. Card. de Luca *de Juriſdict. diſc.* 80 *num.* 11. ubi confutat Rotam, ita ſcribens: *Tùm quia procedit cum præſuppoſito erroneo, quod &c. Tùm etiam quia in caſu dictæ Deciſionis non diſputabatur de hoc puncto, ſed de aliis, idque incidenter dicitur, undè dici non poteſt Deciſio, ut ſæpiùs proteſtata eſt Rota præſertim apud* Seraphin. *deciſ.* 299. *in fin. deciſ.* 17. *num.* 9. *part.* 7. *recent. & part.* 9. *deciſ.* 285. *num.* 12. Quapropter reſpondi Rev. Fontaneliæ Rectori Villæ Subitii, prævalere opinionem, tenentem non eſſe illicitum redimere Penſiones anticipatis ſolutionibus abſque beneplacito Apoſtolico, intelligendo de Penſionibus reſervatis ad favorem Clericorum, vel aliarum particularium perſonarum; & exceptis ſemper Penſionibus aſſignatis in titulum beneficii, ac illis, ſuper quibus initum eſſet pactum eas affrancandi antequàm reſervatæ fuiſſent, de quibus idem Loterius *d. lib.* 3. *quæſt.* 29. *num.* 89. *& num.* 96. nec non ipſe Tondut *de Penſionib. in ſupracit. cap.* 17. *num.* 30. *& num.* 32. & hæc de ſecundo Quæſito.

Quo ad Tertium; in quo ipſe Parochus Subitii petebat, nùm poſſet de conſenſu RR. DD. Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ Vicentinæ affrancare dictam Penſionem eorum Sacriſtiæ per Epiſcopum reſervatam, & ejuſdem Penſionis annuam ſolutionem redimere, exburſando prædictæ Sacriſtiæ pro una vice tantùm Ducatos Venetos ducentos quinquaginta? Duxi reſpondendum negativè ex ſequentibus motivis, rationibus, & auctoritatibus, quæ me ſuadebant in hoc caſu non poſſe practicari opinionem affirmativam ſuprà in ſecundo Quæſito firmatam. Siquidem

Primò certum eſt in jure, quod Capitulum non poteſt deliberare, neque illa facere, quæ ſunt in præjudicium aliorum Beneficiatorum ejuſdem Eccle-
17 ſiæ. Decius *in cap. Cum acceſſiſſent. num.* 24. & Felin. *num.* 25. *de Conſtitutionib.* Abbas *in cap. In Geneſi num.* 2. *de Elect.* Tondut. *QQ. Benefic. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 73. *num.* 11. Sed talis extinctio, & affrancatio Penſionis eſſet cum præjudicio omnium Sacerdotum Cathedralis prædictæ, quorum intereſt Sacriſtiam habere copioſum numerum decentium ſuppellectilium Sacrarum, quibus indui poſſint in ſolemnibus, ac privatis Sacrificiis, aliiſque divinis Officiis. Ergò de ſolius Capituli licentia fieri non valet.

Secundò, quia nec Capitulum, nec Prælatus poteſt præjudicare Eccleſiæ ſuæ. Rota coram Cardin. Seraphino *deciſ.* 1417. *num.* 3. eadem Rota *part.* 6. *re-*
18 *cent. deciſ.* 139. *num.* 28. *& deciſ.* 226. *num.* 24. ac etiam *deciſ.* 275. *num.* 6. Pignatellus *tom.* 1. *conſult.* 88. *num.* 6. ea ratione, quia Capitulum, ac Prælatus dicuntur fungi officio tutorum erga Eccleſiam. Rota *part.* 7. *rec. deciſ.* 94. *num.* 63. & ſicut tutores tenentur utilia agere pro pupillis, & abſtinere ab eis, quæ eis ſunt præjudicialia; idem operari, & cavere debent Capitulum, & Prælatus. Rota coram Card. Cerro *deciſ.* 155. *num.* 110. Igitur Capitulum RR.
19 DD. Canonicorum non poteſt admittere conceptam à Parocho Subitii Penſionis affrancationem; tanquàm minùs utilem, imò damnoſam Eccleſiæ, ac ejus Sacriſtiæ; cui expedit per multos annos, quos juventus, & ſanitas Parochi prædicti ſperare facit, exigere annuam ſummam Ducator. 40. magis, quàm ſemel, & unica vice tantùm Ducatos 250. recipere.

Tertiò, quia Capitulum in concernentibus Divinum cultum, & ſervitium Eccleſiæ nihil poteſt deliberare, ſeu ſtatuere ſine conſenſu Epiſcopi. Rota
20 coram Cardin. Celſo *deciſ.* 12. *num.* 16. Marcheſan. *de Commiſſionib. part.* 1. *num.* 4. *fol.* 554. & manifeſta eſt ratio, quoniam de jure adminiſtratio bono-

rum Eccleſiæ ſpectat ad Capitulum, & Epiſcopum ſimul. Felin. *in cap. Edoceri. num. 2. & ſeqq. de Reſcript.* Rota coram Cardin. Cavallerio *deciſ.* 57. *num.* 2. Sed Penſio, de cujus extinctione quæritur, fuit aſſignata Eccleſiæ Cathedrali ob ejus ſervitium, ac Divini cultus augmentum. Ergo ſolum Capitulum circa eam non poteſt deliberare; tantò minùs quia adminiſtratio bonorum Fabricæ ejuſdem Cathedralis Vicentinæ, ex cujus redditibus Sacriſtia eſt de ſuppellectilibus providenda, pendet ab auctoritate Epiſcopi, ad quem ſpectat, ut mihi in facto ſupponitur, deputare Adminiſtratores.

Quartò, quia nemini licet, auferre alicui id, quod per tertiam perſonam fuit illi benignè donatum, ſeu conceſſum. Rota *part. 4. recent. deciſ.* 314. *num.* 39. & 40. *tom.* 2. quæ loquitur in terminis annuorum red-
21 dituum, qui fuerant relicti Altari pro ejus ornamentis, ac Divini cultus ſervitio: & ibi plurimos DD. allegat. Sed hæc Penſio fuit per Epiſcopum reſervata Sacriſtiæ, ſtante ejus indigentia, & ad effectum providendi de omnibus neceſſariis ad Divinum cultum, & de ornamentis pro induendis Sacerdotibus in Sacrificiis. Igitur hæc conceſſio non eſt per Capitulum auferenda eidem Sacriſtiæ; prout eam auferre diceretur, ſi Penſionem extingueret, & affrancaret.

Quintò, quia in omnibus Cathedralibus ſolum Capitulum non diſponit de his, quæ tangunt intereſſe etiam inferiorum Beneficiatorum; ſed eorum etiam
22 eſt requirendus, atque habendus conſenſus. Cardin. Pariſius *lib. 4. conſ.* 90. *à num.* 8. *& ſeqq.* Rota coram Card. Cavallerio *deciſ.* 57. *num.* 5. & 6. Theodoſ. Rubeus *in ſuis Singularib. tom.* 1. *pag.* 422. Sed Manſionarii, & Capellani Eccleſiæ Vicentinæ habent intereſſe in eadem Penſione, quatenùs ex longæva ejus exactione magis ſublevatur Sacriſtia ab inopia, & providetur de omnibus neceſſariis pro functionibus Sacris cum debita veneratione exercendis. Igitur non à ſolius Capituli conſenſu pendet extinctio antedictæ Penſionis.

Sextò, ſed, ultrà rationes prædictas, hæc omnium fortiſſima urget, quod non poſſit Capitulum ſolo ſuo conſenſu, vel auctoritate affrancare dictam Pen-
23 ſionem; quia, etſi annuos redditus relictos Eccleſiæ poſſit Capitulum repudiare, antequàm ſint acceptati, & incorporati eidem Eccleſiæ, ut probat Bordonus *de Legatis piis cap. 1. quæſ.* 45. *num.* 167. *& ſeqq.* nec non *Var. Reſol. part. 1. reſol.* 27. *num.* 47. nihilominùs quando prædicti annui redditus ſunt acceptati, & Eccleſiæ incorporati, alienari non poſſunt, neque extingui, aut affrancari abſque beneplacito Apoſtolico, & ſine licentia Summi Pontificis, ea ratione quia ipſi annui redditus comprehenduntur ſub diſpoſitione *Extravagantis Ambitioſæ. De Rebus Eccl. non alien.* ut advertit Turricellius *in eod. tract. cap.* 8. *num.* 45. *& 46.* ubi ſubdit
24 hæc verba: *Et facit ratio, quia annui redditus reputantur inter immobilia ad effectum, ut non poſſint alienari ſine ſolemnitate*; & allegat Rotam ſic tenentem *part. 4. diverſ. deciſ.* 86. *num.* 7. prout etiam *part. 7. recent. deciſ.* 3. *num.* 30. Idcircò cum hæc Penſio Ducatorum 40. annuorum ſit jam acquiſita, & incorporata Sacriſtiæ per reſervationem ei factam ab Epiſcopo, atque per exactionem diverſorum terminorum, ſequitur ad eam affrancandam eſſe neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum; quia affran-
25 catio eſt alienatio. *cap. Nulli liceat.* 12. *q.* 2. Turricell. *d. cap.* 8. *num.* 50. *& cap.* 15. *num.* 88. ubi in ſpecie loquitur de Penſione Eccleſiaſtica; & de eadem ita tenuit Rota *part. 1. diverſ. deciſ.* 454. *num.* 7.

Neque obſtare poteſt, quod neceſſitas beneplaciti Apoſtolici intelligenda ſit in affrancatione annuorum redditum Eccleſiæ, qui ſint perpetui, ſecùs autem ſi ſint temporales, & de ſui natura affrancabiles, ac extinctivi; tunc enim prædictum beneplacitum
26 non requiritur, ut advertit idem Turricellius *d. cap.* 8. *num.* 51. & ibi Rota coram Cardin. Seraphino *deciſ.* 1080. *num.* 9. Hæc autem Penſio, de qua diſſerimus, tanquàm reſervata per Epiſcopum non eſt perpetua, ſed temporalis; quæ extinguitur vel per mortem Parochi, vel per dimiſſionem beneficii ex traditis ſuprà in hoc tractatu *de Penſion. Diſcord. I. num.* 29. Nam reſpondetur, Turricellium, ac Rotam coram Seraphino per eum allegatam loqui de extinctione, & affrancatione neceſſaria cenſus, livelli, ſeu Penſionis, in cujus creatione, ſeu reſervatione initum eſt pactum, ut debitor poſſit quandocunque; vel certo tranſacto tempore ſe affrancare; tunc enim cum affrancatio ſit neceſſaria, quia à creditore, ſeu cenſuario, vel Penſionario recuſari non poteſt, in ea facienda non eſt neceſſarius aſſenſus Apoſtolicus, ut expreſsè loquitur Turricellius *d. cap.* 8. *num.* 51. ita declarans: *Si in præcedenti contractu alienationis, cum debita ſolemnitate celebrato, affrancatio deducta fuiſſet in pactum; vel res ad Eccleſiam perveniſſet affecta illo onere affrancandi, tunc in affrancatione non requiritur ſolemnitas* (*beneplaciti Apoſtolici*) *alienatio enim eſt neceſſaria, & non voluntaria*. In caſu noſtro Penſio ſuper fructibus Parochialis Villæ Subitii non fuit reſervata Sacriſtiæ Eccleſiæ Cathedralis Vicentinæ cum pacto eam affrancandi per Parochum; ſed per eum jugiter ſolvendam ejus vitâ, & permanentiâ in beneficio durante; ideò durare debet ejus ſolutio per totum tempus ejus vitæ, ac permanentiæ in beneficio; & in-
27 terim extingui, ſeu affrancari non poteſt, niſi intercedat aſſenſus Apoſtolicæ Sedis, cum ſit annuus redditus acquiſitus Eccleſiæ, exemplo cenſus impoſiti ad vitam alicujus particularis perſonæ, & ad utilitatem Eccleſiæ, qui ſine dicta ſolemnitate affrancabilis non eſt, illius vita durante, ut latè comprobat Bordon. *Var. reſol. part. 1. reſol.* 27. *num.* 55. & Quaranta *in Summa Bullar. Verb. Alienatio rer. Eccleſ. num.* 26. ubi reddit rationem his præciſis verbis, *quia Jura, actiones, nomina debitorum, annui redditus, & hujuſmodi non poſſunt alienari ſine cauſa, & ſolemnitate, cum habeantur loco rerum immobilium.* Clem. *Exivi de Paradiſo.* §. *Cumque annui redditus. De Verb. Signific.* Abbas *in cap. Nulli. De Rebus Eccleſ. non alien.* & concordat Rota *part. 4. diverſor. deciſ.* 86. *num.* 7. ibi: *Annui redditus reputantur inter immobilia, ad effectum ut non poſſint alienari ſine ſolemnitate:*

Septimò confirmatur hæc inhabilitas affrancandi prædictam Penſionem, Sacriſtiæ reſervatam, auctoritate Doctorum, quos citat, & ſequitur Rota *part. 12. recent. deciſ.* 413. *num.* 5. & 6. his verbis: *Eccleſia verò neque volens poteſt hujuſmodi affranca-*
28 *tionem concedere reſpectu alienationis ſibi prohibitæ per Extravagantem Pauli Secundi, ut in terminis affrancationis reſolvit* Epiſcopus Riccius *deciſ.* 81. *in parv.* Rota Romana *deciſ.* 13. & 14. *part. 1. diverſ. & in Meſſanen. ſeu Nullius Feudi* 15. *Februarii* 1636. coram bon. mem. Merlino: *& generaliter* (notetur) *in quacunque diſtractione redditus ab Eccleſia poſſeſſi*. Peregrin. *conſ.* 43. *num.* 7. *lib.* 1. Redoan. *de Reb. Eccl. non alien. Rubrica de Alienat. Jur. & reddit. num.* 18. Tiraquel. *de Retrat. Lignag.* §. 1. *gloſſ.* 6. *num.* 6. Roderic. *de Annuis Redditib. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. Surdus *deciſ.* 204. *num.* 3. *& ſeqq.* Gratian. *Diſcept.* 981. *num.* 78. *& ſeqq.* Rota *in Mediolanen. Penſionis* 19. *Januarii* 1635. coram eodem Domino Merlino. *Verſ. Neque hanc malam fidem*. Nemo inficiari poteſt per reſervationem antedictæ Penſionis acquiſitos fuiſſe Ducatos 40. annuos Sacriſtiæ Cathedralis Eccleſiæ Vicentinæ; duraturos totâ vitâ Parochi Subitii, qui eidem reſervationi præbuit conſenſum. Igitur eo vivente prædicti Ducati 40. annui affrancari non poſſunt ſolius Capituli conſen-

conſenſu, quia ſunt redditus annui ejuſdem Sacriſtiæ, & donec vivit ille Titularis obligatus eos ſolvere, reputantur inter bona immobilia; & ad eorum alienationem, & affrancationem opus eſt aſſenſu Apoſtolico; aliàs nulla, & invalida eſſet ipſa affrancatio, ut ſcribunt omnes ſupracitati Doctores.

Octavò, & ultimò firmatur hæc Capituli impotentia affrancandi dictam Penſionem ſine Romani Pontificis licentia ex eadem Rota *part.* 2. *recent. deciſ.* 575. quæ in conſimili caſu reſervationis Penſio-
29 nis factæ per S. Carolum Borromeum pro Fabrica domorum Canonicalium, ac Beneficiatorum ſuæ Metropolitanæ Eccleſiæ, cum ſuper eadem Penſione ipſi Canonici, ac Beneficiati feciſſent quaſdam tranſactiones abſque beneplacito Apoſtolico, Rota ex illius defectu declaravit illas nullas, & invalidas, prout dicit in *d. deciſ.* 755. *num.* 2. per hæc verba: *Neque obſtare videbantur tranſactiones initæ inter Canonicos, & Beneficiatos; quia fuit reſponſum in primis eas corruere ex defectu confirmationis Apoſtolicæ, quæ requiritur in tranſactionibus, ſicut in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum.* Redoan. *de Reb. Eccleſ. non alien. cap.* 1. *num.* 12. *& ſeq.* Caputaquen. *deciſ.* 106. *part.* 1. *& niſi obtineatur, eſt ſaltem locus pœnitentiæ.* Puteus *deciſ.* 2. *de Tranſact.* Caputaquen. *deciſ.* 12. *num.* 3. *part.* 3. Achilles *deciſ.* 2. *num.* 3. *de Pactis. Et confirmatur exemplo ipſius S. Caroli, qui nunquam voluit de hujuſmodi redditibus diſponere abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ facultate ad notata in cap.* 1. *de His, quæ fiunt à Prælat.*

Igitur neque Capitulum Vicentinum poteſt tranſigere cum Parocho Subitii ſuper ſolutione Penſionis Sacriſtiæ Cathedralis Eccleſiæ debitæ, neque eam
30 affrancare; niſi priùs obtineatur facultas ab Apoſtolica Sede; & cum conſenſu ipſius Capituli concurrat etiam licentia Epiſcopi Vicentini per *text. in cap.* 2. ubi DD. *de Tranſact.* & advertit Rota *d. part.* 2. *recent. deciſ.* 755. *num.* 2. *in fine.*

DISCORDIA XVII.

ARGUMENTUM.

Penſio exacta à Penſionario, & per Titularem Prædeceſſorem ei annis 30. continuis ſoluta, impugnari non poteſt à Succeſſore in beneficio ſub prætextu tenuitatis fructuum ejus. Ipſe Succeſſor compellendus eſt ad ſolutionem, non ſolùm in judicio poſſeſſorio Summariiſſimo, ſed etiam in petitorio; maximè ſi concurrant aliæ præſumptiones circa ſufficientiam fructuum hîc recenſitæ, præſertim ex confeſſione Titularis in Viſitatione Epiſcopali, & in æſtimo publico beneficii.

SUMMARIUM.

1 *Michael Abbas Capellarius veterum, ac modernorum Poetarum æquè Princeps laudatus.*
2 *Congrua Portio pro Parocho eſt magis privilegiata, quàm Penſio pro Penſionario.*
3 *Manutenendus eſt Penſionarius in ſua poſſeſſione exigendi Penſionem.*
4 *Etiam contra Succeſſorem in beneficio.* & num. 5.
6 *Poſſeſſio exigendi Penſionem acquiſita contra Prædeceſſorem juvat etiam contra Succeſſorem in beneficio.*
7 *Succeſſor in beneficio, qui fructus collegit abſque proteſtatione, tenetur Penſionem ſolvere.*
8 *Penſio ſoluta per annos* 30. *ampliùs impugnari non poteſt.*
9 *Prædeceſſor in beneficio ſi non reclamavit contra Penſionem, nec Succeſſor poteſt reclamare.*
10 *Solutiones Penſionis diù factæ indicant ſufficientiam fructuum.*
11 *Succeſſor ſi narravit Papæ beneficium eſſe oneratum tali Penſione, ea non indiget juſtificatione.*
12 *Motu proprio ſi Penſio ſit reſervata per Papam, aliâ juſtificatione non eget.*
13 *Decimata ſunt omnia beneficia in libro Poſſeſſionum Temporalium, quæ recipiuntur Venetiis.*
14 *Liber Principis, ſeu Publici Magiſtratus plenè probat.*
15 *Libris Viſitationum Epiſcopalium eſt credendum.*
16 *Confeſſio Titularis Anteceſſoris afficit etiam Succeſſorem in beneficio.*
17 *Æſtimum publicum Beneficii probat valorem fructuum ejuſdem.*

CUm reſervata fuiſſet annua Penſio Scutorum 80. monetæ Romanæ ad favorem Illuſtriſſimi Michaelis Abbatis Capellarii (veterum, ac modernorum Poetarum æquè Principis) *Quem* (ut ait Horat. 4. 1.) *juvit in prima coluiſſe Helicona juventa;*
1 *Muſarumque choris implicuiſſe manus*; & cujus Epigrammata in decem libris contenta, *ob puritatem, ſplendorem, & acumen inter præcipua Latinæ Poeſeos cimellia habenda eſſe, eruditorum omnium publica, atque una vox eſt*, ut legitur in *Galeria Minervæ tom.* 4. *part.* 8. Chriſtinais verò, ſeu *Chriſtina luſtrata*, politiſſimum ejuſdem Poema, Chriſtinæ Svecicæ Reginæ geſta referens, heroicis carminibus conſcriptum, Sanctiſſimo D. N. D. Clementi Papæ XI. ad legendum oblatum ſummam attulit voluptatem; & Sanctitas ſua admirata fuit Latinæ Poetices elegantiam, ac præclarum Auctoris hujus ingenium, (ut teſtatur Epiſtola Emin. Cardinalis Paulutii *diei primæ Septembris* 1701. *in ead. Galeria, ubi ſupr.* impreſſa.) Cum, inquam, reſervata fuiſſet annua Penſio Scutorum 80. monetæ Romanæ ad favorem prædicti Illuſtriſſimi Michaelis Abbatis Capellarii, Anno 1660. per Summum Pontificem Alexandrum VII. ſuper fructibus Parochialis Eccleſiæ SS. Marci, & Pancratii Villæ Creſpani, in Territorio Tarviſino ſita, ſed ſub Diœceſi Patavina; eandemque Penſionem ipſe pacificè exegiſſet per annos 30. poſtea, mortuo Titulari, ejus Succeſſor recuſavit antedictæ Penſionis ſolutionem facere, Anno 1690. ſub prætextu paupertatis beneficii, ac deficientiæ fructuum illius Parochialis, ex quibus ſi Penſio ſolveretur, ſibi congrua portio Ducatorum 100. auri de Camera, ut aſſerebat, pro ſui ipſius neceſſaria ſuſtentatione non reſtabat; & tamen magis privilegiata eſt con-
2 grua portio pro Rectore Parochialis, quam Penſio pro Penſionario, ut ſcribit Tondut *de Penſion. cap.* 50. *num.* 30. ubi hæc habet: *Quod autem privilegium Congruæ ſit potentius privilegio Penſionis, patet evidenter, quia Congrua eſt favorabilis Eccleſiæ, ſine qua non reperirentur perſonæ honeſtæ, & idoneæ ad curam animarum exercendam.* Rebuff. *in tract. de congrua num.* 8. *At è contrario Penſio eſt Eccleſiæ onéroſa, tanquam continens ſervitutem in præjudicium Eccleſiæ.* Rota *deciſ.* 454. *num.* 1. *part.* 1. *diverſ. ideò privilegium congruæ portionis debitæ Rectori Eccleſiæ Parochialis potentius eſt privilegio Penſionis, quamvis utraque locum alimentorum obtinerent.* Trentacinq. *lib.* 1. *Var. reſol. de Reſcript. Reſolut.* 1. *num.* 7.

Nihilominùs re ad forum deducta, ego requiſitus de mea opinione in hac Diſcordia, reſpondi in ſenſu veritatis, & in terminis juſtitiæ, Succeſſorem in beneficio nec audiendum, nec exaudiendum fore; ſed Penſionarium vincere debere tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio judicio. In poſſeſſorio quidem, quia cum ipſe Dominus Abbas Capellarius ſit in pacifica poſſeſſione exigendi eandem integram Penſio-
3 nem, ut ex concludentibus probationibus in actis cauſæ productis, eſt manutenendus in eadem poſſeſſio-

ne; quacunque exceptione rejectâ, etiam paupertatis
beneficii, de qua in petitorio tantummodò eſt diſpu-
tandum, non retardata interim Penſionis ſolutione.
Loterius *de Re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 74. *&*
num. 110. Gratian. *Diſcept. Forenſ. cap.* 426. *num.* 14.
& 15. Poſtius *de Manutent. obſerv.* 42. *num.* 50. *&*
ſeqq. ubi ſic ait: *Hinc eſt, quod probata reſervatio-*
ne Penſionis, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, non
tenetur gratiam, & Penſionem juſtificare, ſivè agat
4 *judicio manutentionis contra eum, qui Penſioni con-*
ſenſit, ſivè contra illius ſucceſſorem. Garzias *de Be-*
nefic. cap. 5. *num.* 447. *part.* 1. Adden. *ad deciſ.* 57.
Gregor. XV. num. 11. 14. *&* 16. Coccin. *deciſ.* 40. *num.*
6. *&* 7. Rota poſt hunc tract. *de Manutent. deciſ.* 316.
num. 1. eadem Rota *part.* 3. *recent. deciſ.* 429. *num.* 4.
part. 4. *recent. deciſ.* 224. *num.* 5. *part.* 9. *recent. de-*
ciſ. 339. *num.* 20. *& deciſ.* 345. *num.* 9. *&* 10. *& part.*
15. *recent. deciſ.* 21. *num.* 1. Bichius *deciſ.* 236. *num.*
3. *&* 4. nec non *deciſ.* 410. *num.* 3. *&* 4.

Hoc idem, videlicèt, negari non poſſe manuten-
tionem Penſionario agenti etiam contra Succeſſorem
in beneficio, probat ipſe Tondut *de Penſion. cap.* 37.
num. 13. ita ſcribens: *Et prædicta adeò vera ſunt, ut*
5 *locum habeant, etiamſi agatur contra Succeſſorem in*
beneficio Penſione onerato, qui nunquam ſolverit, dum-
modò Penſionarius fuerit in poſſeſſione exigendi contra
illius in beneficio Anteceſſorem, cum hoc caſu intenta-
to judicio poſſeſſorio manutenendæ ſufficiat probare
poſſeſſionem cum productione ſaltem ſimplicis Suppli-
cationis ſignatæ abſque productione Litterarum. Ro-
ta *d. deciſ.* 287. *num.* 1. *part.* 5. *recent. & ſuper hoc*
plures Rotæ deciſiones allegat Poſtius *in d. tract. de*
Manuten. obſerv. 42. *num.* 2. *reprobata ſententia, ad*
quam inclinat Loter. *lib.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 63. *quia*
in contrarium fuit ſæpè judicatum, ut ſcilicèt non ſit
neceſſaria juſtificatio gratiæ, quando quis eſt in quaſi
poſſeſſione exigendi, etiamſi agatur contra Succeſſorem
in beneficio, qui nunquam ſolverit. Rota *deciſ.* 547.
num. 4. *part.* 1. *recent. ubi dictum eſt, quod non ob-*
ſtante clauſula in reſervatione Penſionis adjecta, dum-
modo mille remaneant pro Epiſcopo, Penſionarius etiam
agens contra Succeſſorem non tenetur in poſſeſſorio
juſtificare, quod mille remaneant; ſiquidem mutatione
perſonarum non mutatur, nec variatur poſſeſſio, nec
jus actoris. Rota *deciſ.* 562. *num.* 1. *part.* 1. *recent.*
& jus metimur à poſſeſſore, non à perſona illius,
contra quem poſſidetur, ut plenè explicat Beltramin.
ad Ludoviſ. d. deciſ. 57. *num.* 15. *&* 16. Hæc Ton-
dutus, cui concordat noviſſimè etiam Eminentiſs.
Card. de Luca *de Penſion. diſc.* 30. *num.* 5. hæc ſu-
6 bjungens: *Et quamvis Penſionarii poſſeſſio quæſita eſ-*
ſet contra reſignatarium prædeceſſorem, non autem
contra hodiernum Titularem collitigantem, qui nihil
ſolverat; Reſpondebant tamen ſcribentes in contra-
rium, & benè, atque Rota in d. deciſione reſponſionem
admiſit, quod in hac materia poſſeſſionis judicium me-
timur ex perſona Actoris, cujus poſſeſſio præjudicium,
vel alterationem pati non debet ex mutatione poſſeſ-
ſoris beneficii, ex deductis per Gigan. *quæſt.* 47. *num.*
10. Spada *conſ.* 62. *num.* 1. *lib.* 3. *cum aliis per* Gre-
gor. XV. & Adden. *deciſ.* 275. *& deciſ.* 313. & Mer-
lin. *deciſ.* 725. *& paſſim omnes*. Quare his omnibus
auctoritatibus attentis Dominus Abbas Capellarius
in judicio poſſeſſorio Summariiſſimo eſt manutenen-
dus in ſua poſſeſſione exigendi prædictam integram
Penſionem, & Succeſſor eſt omninò condemnandus
in primis, & ante omnia ad eam integrè ſolven-
7 dam; tantò magis quia per duos continuos annos
fructus omnes prædictæ Parochialis abſque aliqua
proteſtatione collegerat ex deciſis per Rotam *part.*
18. *recent. deciſ.* 374.

Sed nec in Petitorio judicio Succeſſor poterat au-
diri, vel exaudiri ſuper aſſerta fructuum tenuitate,
vel inſufficientia ex ſequentibus rationibus. Primò,
quia quando Penſionarius pacificè exegit ſuam Pen-
ſionem per annos triginta continuos, ut in præſenti
8 caſu, non eſt permiſſum deinceps Titulari allegare
tenuitatem fructuum beneficii. Rota *part.* 17. *re-*
cent. 6. *num.* 17. *& deciſ.* 245. *num.* 25. ubi aliæ De-
ciſiones, & Doctores. Secundò, quia quando An-
teceſſor in beneficio non reclamavit contra Penſio-
9 nem, ſed eam promptè ſolvit, ut in caſu illo, Suc-
ceſſori in eodem beneficio non eſt licitum contra
eandem Penſionem reclamare. Rota *part.* 18. *recent.*
deciſ. 374. *num.* 12. *&* 13 *tom.* 1. Tertiò quia ſolu-
tiones ejuſdem Penſionis longo tempore factæ per
10 Titularem poſſeſſorem beneficii præſumere faciunt
ejuſdem beneficii opulentiam, ac ſufficientiam fru-
ctuum. Eadem Rota *d. tom.* 1. *part.* 18. *recent. de-*
ciſ. 188. *num.* 5. *& ibi* Gregor. XV. *deciſ.* 245. *num.* 6.
Burattus *deciſ.* 261. *num.* 6. Dunozzetus junior *deciſ.*
247. *num.* 37. & Emin. Cardinalis Celſus *deciſ.* 406.
num. 2. *&* 3. noviſſimè eadem Rota *part.* 19. *recent.*
tom. 1. *deciſ.* 275. *num.* 4. *& num.* 10. ubi dicit ſuffi-
cere ad ſic præſumendum, ſi ſolutiones factæ fue-
rint per decennium. Quartò, quia iſte Succeſſor in
impetratione Parochialis Eccleſiæ Creſpani expo-
11 ſuit, & narravit Pontifici, eam eſſe oneratam Pen-
ſione annuâ Scutorum 80. monetæ Romanæ; qua
narratione attentâ cenſetur juſtificatus valor benefi-
cii, & ſufficientia fructuum ejus. Rota in *Elboren.*
Penſionis 29. *Novembris* 1614. coram Pirovano,
quam allegat Rota *part.* 10. *recent. deciſ.* 306. *num.* 7.
Quintò, quia hæc Penſio reſervata fuit Domino
Abbati Capellario per Summum Pontificem Ale-
xandrum VII. *Motu proprio*; cujus virtute nòn te-
12 netur juſtificare ſufficientiam fructuum. Garzias *d.*
part. 1. *cap.* 5. *num.* 491. Tondut *de Penſion. cap.* 14.
num. 34. ubi reddit hanc rationem, *quia Gratia per*
Summum Pontificem conceſſa Motu proprio, *non in-*
diget aliqua juſtificatione; & hoc caſu impetrans re-
levatur ab onere probandi. Et licèt per Regulam Can-
cellariæ valor ſit exprimendus, etiam in Gratiis con-
ceſſis Motu proprio; *tamen non ex eo ſequitur, quod*
ſit juſtificandus, cum aliud ſit exprimere, & aliud
juſtificare. Duran. *deciſ.* 167. *num.* 3. *& ſeq.* Sextò,
quia hæc Parochialis Eccleſia Creſpani in Publico
Libro poſſeſſionum Temporalium, quæ Venetiis à
Sereniſſimo Dominio beneficiatis conceduntur, de-
13 cimata eſt in L. 39. omnis autem, & unaquæque
Libra Decimæ relevat Ducatos 10. annuorum red-
dituum; juxta quam taxam, & decimationem de-
prehenditur, eandem Parochialem habere in redditi-
bus annuis Ducatos 390. qui ſatis ſunt, detractis
oneribus publicarum gravedinum, tùm ad congruam
Parochi, tùm ad ſolutionem Penſionis; quod au-
tem prædictus Liber faciat plenam probationem,
cum ſit publicus, & de jure Principis, ſeu Senatus,
14 latè oſtendit Card. Tuſcus *Litter. L. concluſ.* 343.
Genua *de Scriptur. priv. lib.* 5. *quæſt.* 9. *tit. de Li-*
bris Magiſtratus, ſeu Senatus, Septimò quia in rela-
tione ſtatus illius Parochialis loci Creſpani facta Epi-
ſcopo Patavino, illam viſitanti Anno 1666. per Pa-
rochum Titularem tunc viventem; ipſe Parochus
confeſſus fuit, fructus ejuſdem Parochialis aſcende-
re annuatim ad ſummam Ducatorum 370. monetæ
Venetæ, ut legitur in Actis Viſitationis prædictæ
regiſtratis in Cancellaria Epiſcopali Patavina; qui-
15 bus omninò eſſe credendum firmant Verall. *deciſ.*
219. *part.* 1. M. Anton. Maceraten. *Var. reſolut. lib.* 1.
reſol. 110. *num.* 4. *& ſeqq.* Genua *de Scriptur. priv. d.*
lib. 5. *cap.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 7. & ideò cum habeamus
etiam confeſſionem Titularis Anteceſſoris circa ſuf-
ficientem quantitatem fructuum beneficii, eam ne-
gare non poteſt ejus Succeſſor, quia ipſa ſuperat
16 omne genus probationis non ſolùm contra confiten-
tem. *l. Generaliter. C. de Non numer. pecun.* Ar-
gueil. *deciſ.* 82. *num.* 3. Rota *part.* 19. *recent. deciſ.*
428. *num.* 1. *tom.* 2. Sed etiam adverſus ejus Succeſ-
ſorem. *l. Cum à matre.* 14. *C. De Rei vindic.* Card.
Sera-

Digitized by Google

Seraphin. *deciſ.* 828. *num.* 5. & Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 434. *num.* 1. Octavò, & ultimò quia extat regiſtrum publici æſtimi bonorum ejuſdem Parochialis, in quo Anno 1684. notata ſunt diſtinctè bona ſtabilia ejuſdem Parochialis Creſpani, ſimulque fructus annui, qui ex eis colliguntur, ſcilicèt triticum, blada minuta, fœnum, vinum, livelli pecuniarii, & alia jura ad dictam Eccleſiam pertinentia; quorum omnium valor juxtà communem calculationem medioeris pretii aſcendit ad Ducatos annuos 400. qui quidem ſufficiunt pro congrua Parochi, pro ſolvenda Penſione, atque pro aliis oneribus ſupportandis, ut ex Summa, & regiſtro ejuſdem æſtimi, quod
17 quidem concludenter probat valorem beneficii, & annuorum ejus redditųum. *l. fin. in fin. C. de Prædiis, & aliis reb. navic. lib.* 11. Baldus *in l.* 2. *num.* 59. *C. de Reſcind. vendit.* Maſcard. *concl.* 665. *num.* 1. Decian. *conſ.* 17. *num.* 21. *vol.* 2. Monald. *tom.* 2. *conſ.* 168. *num.* 4. & aliis citatis Genua *de Scriptur. priv. d. lib.* 5. *de Libr. æſtimi quæſt.* 4. Adeòut concurrentibus tot probationibus, indiciis, & argumentis ſuper ſufficientia fructuum ejuſdem Parochialis, Succeſſor in illa neque in petitorio judicio eſt audiendus, ſed prorſus eſt licentiandus, ac opportunis juris, ac facti remediis compellendus ad promptam antedictæ Penſionis ſolutionem faciendam ipſi Domino Abbati Capellario, qui tandem ita obtinuit; nam terminos decurſos, à die poſſeſſionis Eccleſiæ habitæ per Succeſſorem, ab eodem exegit; & deindè in exigendo abſque diſcordia continuavit.

DISCORDIA XVIII.

ARGUMENTUM.

Nulla, & invalida eſt impetratio ſecundæ Penſionis, in qua narrata Papæ non fuit alia Penſio antiqua ſuper eodem beneficio reſervata; quamvis taciturnitas proceſſerit ex juſta ignorantia, & ex defectu notitiæ prædictæ antiquæ Penſionis. Penſio non exacta per annos 20. non dicitur extincta, imò nec per annos 30. eò quia in annuis præſtationibus non ſolutio per annos 30. præſcribit tantùm unius anni ſolutionem.

SUMMARIUM.

1 *Marcus Abbas Marchettus Archipresbyter Atheſtis laudatus.*
2 *Atheſtis Terræ antiquitas, nobilitas, & aliæ laudes.*
3 *Eccleſiæ Collegiatæ Atheſtinæ origo, diruptio, & reædificatio.*
4 *Galeatius Bagarottus Nob. Patav. factus Canonicus Coadjutor Canonici Comitis Alexandri de Lazara Ann.* 1641.
5 *Ignorantia Penſionis antiquæ an excuſet, ſi ea non fuerit narrata in impetratione Penſionis novæ?* & num. 11.
6 *Gratiæ non eſt ſubreptitia ob non narratum beneficium abſenti, & ignoranti collatum.*
7 *Penſio præſumitur invalida, vel extincta ſi per Penſionarium nunquam exigatur.*
8 *Gigantis doctrina de dicta præſumptione.*
9 *Clauſula* Non retardata ſolutione Penſionis *quando non operetur?* & num. 19.
10 *Uxoratus Clericus eſt incapax Penſionum.*
11 *Penſio ſecunda impetrata ſine narratione primæ, eſt nulla, & invalida.*
12 *Papæ voluntas eſt, ut conceſſio ſecundæ Penſionis ſit nulla, quando ei in impetratione non fuit narrata prima.*
13 *Penſio inpugnari non poteſt uti invalida, ubi de conſenſu Titularis in ejus impetratione conſtat.*
14 *Equites S. Stephani etſi uxorati ſunt capaces Penſionum uſque ad ſummam Ducat.* 400. *aureorum.* & num. 21.
15 *Ignorantia primæ Penſionis non excuſat à nullitate ſecundam, ſi impetrans primam non narravit.*
16 *Beneficium eſt narrandum Papæ, ſi proviſus habet jus in re; ſecùs ſi tantùm jus ad rem.*
17 *Annuæ præſtationes nùm præſcribantur, ſi per annos* 30. *non ſint ſolutæ?*
18 *Penſio non petita per annos* 30. *peti poteſt pro annis* 29.
20 *Præſumptio cedit Veritati.*
22 *Compenſatio habet vim ſolutionis.*

Atheſtis nobiliſſimum Oppidum, ſeu potiùs parva, ſed delicioſa Civitas, in Territorio Patavino ædificata, habet inſignem Collegiatam Eccleſiam ſub Titulo S. Theclæ, in qua cum eſſet Canonicus Anno 1681. Illuſtriſſimus Marcus Abbas Marchettus, Vir integritate morum, egregia indo-
1 le, ac miſericordia in pauperes conſpicuus, Sacræ Theologiæ Magiſter, & Sacro Theologorum Patavino Collegio aggregatus; ſuper fructibus infraſcripti Canonicatus Paduæ à Summo Pontifice Innocentio XI. Penſionem annuam Ducator. 40. auri de Camera obtinuit, quæ præſenti Diſcordiæ anſam præbuit. De origine, & antiquitate hujus Terræ Atheſtis ita ſcribit P. M. Salomonius Ord. Prædicatorum *in Inſcript. Agr. Patav. fol.* 69. *Eſte Città antichiſ-*
2 *ſima, e molto grande, Atteſtina detta da Ateſte Duce de gl'Eneti, e compagno d'Antenore, che la fabricò prima, dopò, ò nell'iſteſſo tempo, che Antenore fabricò Padova. Haveva il circuito, per quello ſcrive* Scardeon. *fol.* 15. *di quattro miglia. Era bagnata dall'Adige, che all'hora ſcorreva per dove hora ſi dicono le Lupie. Haveva quattro Porte, dette la Bianca, la Nera, la Trionfale, e la Capitolina, appreſſo la quale era un Porto frequentiſſimo da Navigli, & un Ponte di pietra con ſei archi. Le quali coſe tutte inſieme con la Città furono da Attila diſtrutte.* De eodem Atheſte Fundatore hujus Urbis teſtimonium allegat Urſat. *in Hiſt. Patav. fol.* 22. ſequens Epitaphium in ſubterranea vetuſtiſſima Arca repertum inciſum; videlicèt:

Viceras Euganeos Henetorum Ductor Atheſte,
Cui Rex Antenor Dardana tela dedit.
Et profugus noſtram fundavit mœnibus Urbem;
Mox obit, & magnum parva ſepulchra tenent.

De ejus autem inſigni Atheſtina Collegiata Eccleſia, idem R. P. M. Salomonius *ubi ſupr. pag.* 82. hæc
3 habet: *Divæ Theclæ ædes olim S. Proſdocimi primi Patavinæ Urbis Epiſcopi juſſu condita fuit. Cum enim Atheſte prædicans audiſſet, S. Theclam martyrium ſubiiſſe, Civibus ſuaſit, ut in ejus honorem Templum erigerent. Refert enim* Scardeon *fol.* 103. *Divum Proſdocimum Baſilica S. Sophiæ Paduæ conſtructâ, indè profectum hoc idem admirabili Felicitate Atheſte primò præſtitiſſe; quod deindè dirutum, & everſa ab hoſtibus Civitate, multis poſt annis, novum locum, ubi modo eſt Eſtenſium inſignis Collegiata cœpit; ubi pariter à barbarorum incurſu ereptum, hoſtilique furore ſervatum, ultra in noſtra tempora tùm monumenta rerum, tùm inſignia Virorum portavit. Ne ampliùs autem talis moles ſtaret jam fœdata, vetuſtate jam corrupta, eam everrentibus cæmentariis, ſponté ſub ſua magnitudine corruit, Anno* 1689. *Quo ſubito caſu cooperuit ea omnia, quæ in rerum antiquarum memoriam haberi poſſent. Modò tamen, Deo juvante, injecto primo Lapide ab Eminentiſſimo S. R. E. Presb. Cardinali Gregorio Barbadico, Epiſcopo Patavino, his Litteris ſignato* (Eminentiſs. & Reverendiſs. D. D. Greg. Barbadicus Epiſc. Patav. pro Baſilica D. Theclæ Atheſtis Patronæ reſtituenda, primum lapidem poſuit Anno 1690. 14. Menſis Maii)

Summo

Summo ſtudio Marci Abbatis Marchetti Archipresbyteri, omniumque votis, admirabili ſtructura, magnificentior reſurgit.

Ipſe igitur Illuſtriſſimus Dominus Marcus Abbas Marchettus, nunc Archipresbyter, tunc Canonicus ejuſdem Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ Atheſtis, Anno 1681. obtinuit ab Apoſtolica Sede Penſionem annuam Ducaror. 40. ſuper fructibus uuius Canonicatus hujus Eccleſiæ Cathedralis Paduæ, vacantis per obitum Nobilis Domini Galeatii Bagarotti; qui in eodem Canonicatu, eadem Apoſtolica Sede permittente, aſſumptus fuerat Anno 1641. Coadjutor à No-
4 bili Domino Comite Alexandro de Lazara, cum obligatione tamen poſt ipſius Coadjuti mortem ſolvendi annuam Penſionem Ducator. 172. Auri de Camera Nobili Domino Comiti Joanni de Lazara Clerico ejus Nepoti, & Equiti S. Stephani, cujus Penſionis ſolvendæ tempus advenit Anno 1661. in quo prædictus Coadjutus ex hac vita deceſſit. Cæterùm ſequuta morte antedicti Canonici Bagarotti, & ejus Canonicatu vacante in impetratione novæ Penſionis ad favorem prælaudati Abbatis Marchetti non fuit narratum Summo Pontifici ſuper eodem Canonicatu extare veterem Penſionem Ducator. 172. quia de ea tanquam reſervata ab Annis 40. ultrà nullus erat, qui haberet notitiam. Idcircò cum proviſus noviter de hoc Canonicatu intellexiſſet, illum eſſe gravatum antedicta Penſione Nob. Domino Equiti de Lazara ſolvenda; recuſavit ſolvere ſecundam Penſionem Abbati Marchetto, dicendo illam eſſe de jure nullam, & ortâ inter eos Diſcordiâ, Ego fui rogatus, & conſultus ab ipſo Abbate Marchetto meo amiciſſimo, Utrùm ejus Penſio ſuper hoc Patavino Canonicatu eſſet valida? Et prima facie videbatur reſpondendum affirmativè ex ſequentibus.

Primò, quia expreſſio primæ Penſionis in impetratione hujus ſecundæ non fuit omiſſa ex dolo, & malitia; ſed ex probabili, & juſta ignorantia; tùm quia
5 reſervatio primæ excedebat tempus Annorum 40. & ſic de illa nullus habebat memoriam; tùm quia Comes Joannes de Lazara Penſionarius, ut mox dicetur, eandem Penſionem à prædefuncto Canonico Bagarotto nunquam exegerat, neque exigere curaverat; undè apud omnes invaluerat juſtum motivum credendi ipſam primam Penſionem, vel non fuiſſe validam, vel fuiſſe extinctam; & ex hoc motivo excuſandus erat Abbas Marchettus, ſi de illa mentionem non fecerit, tanquam legitimè illam ignorans. Rota coram Dunozetto *deciſ.* 349. *num.* 13. eadem Rota *part.* 16. *recent. deciſ.* 164. *num.* 3. & Emin. Card. de Luca *de Penſion. diſc.* 4 *num* 7. *& ſeqq.*

Secundò, quia idem ſervatur in impetratione beneficii, in qua tenetur impetrans narrare alia beneficia, quæ poſſidet, & tamen ſi quis à Sede Apoſtolica impetraverit beneficium, & mentionem non fecerit alterius beneficii per Epiſcopum ſibi abſenti, & igno-
6 ranti antecedenter collati, non vitiatur impetratio juxtà textum expreſſum *in cap. Gratia* 7. *de Reſcript. in* 6. ex quo textu omnes Canoniſtæ deducunt hanc concluſionem, quod gratia non invalidatur, quando taciturnitas veritatis provenit non ex malitia, ſed ex juſta ignorantia. *cap. Super Litteris. de Reſcript. & cap. Dudum. Verſ. Conſiderantes. de Præbend. in* 6. Fagnanus *in eod. cap. Super Litteris. num.* 52. *de Reſcript. tom.* 1. Rota *in Conchen. Beneficii* 10. *Maii* 1610. *num.* 1. coram Sacrato, impreſſa penes Marcheſan. *de Commiſſionib. part.* 2. *fol.* 463.

Tertiò tantò magis quia, ut dictum eſt ſupra, etſi tempus ſolvendi Penſionem antiquam reſervatam ad favorem Comitis Joannis de Lazara advenerit Anno 1661. quo Anno contigit mors Canonici Alexandri de Lazara Coadjuti, & Canonicus Bagarottus, qui uſque ad illud tempus fuerat Coadjutor evaſerat principalis, & obligatus erat ſolvere dictam Penſionem, nihilominùs illam nunquam ſolvit, neque Comes Joannes de Lazara curavit illam exigere ab eodem Ca-
7 nonico Bagarotto; ex qua exactionis omiſſione præſumitur vel nullitas, vel extinctio antedictæ antiquæ Penſionis, ut inquit Rota coram Buratto *deciſ.* 591. *num.* 9. ubi id admittit ex non ſoluta Penſione per quinquennium. Eadem Rota coram Priolo *deciſ.* 266. *num.* 22. nec non *part.* 16. *recent. deciſ.* 152. *in fine*, ubi quod Penſio non exacta per decennium cenſetur extincta; undè eo magis id venit dicendum in præſenti Diſcordia, in qua Comes Joannes de Lazara Penſionarius per Annos viginti Penſionem nunquam exegit, ab Anno ſcilicèt 1661. quo cœpit obligatio Canonici Bagarotti illam ſolvendi, uſque ad Annum 1681. quo ejuſdem Canonici Bagarotti mors evenit.

Quartò hæc confirmantur ex doctrina Gigantis *de Penſionib. quæſt.* 85. *num.* 3. ubi ita ſcribit: *Secundus caſus eſt, quando Prædeceſſor diu non ſolvit Penſionem, & Succeſſor in beneficio gravato agit ſuper in-
8 validitate reſervationis Penſionis: nam tunc præſumptio eſt, quod Penſio fuerit extincta, cum veriſimile non ſit, quod Penſionarius tanto tempore neglexerit illam petere, argum. text. in cap. Super hoc. de Renunciat. videtur enim illam habere pro derelicto juxta notata per Abbatem in cap. Contingit. De Dolo, & Contum. Facit, quia iſta præſumptio ſtat pro liberatione Eccleſiæ à ſervitute Penſionis; ideò tanquàm benignior in dubio eſt amplectenda. cap. penult. de Re judic.* Concordat etiam doctrina Martæ *de Clauſulis Clauſ.* 165. *num.* 25. *part.* 1. & Mareſcotti *Var. reſol. lib.* 1. *cap.* 21. *num* 15. qui agentes de Clauſula *non retardata ſolutione Penſionis &c:* inquiunt, eam non
9 concedi, quando Penſionarius per longum tempus Penſionem non petiit, & ſubdunt hanc rationem, quia quando Penſionarius potuit agere, & neglexit, præſumitur Penſio extincta. Igitur in hoc caſu, cum Comes Joannes de Lazara Penſionarius nihil egerit ſpatio Annorum 20. contra Canonicum Bagarottum titularem, & debitorem Penſionis, ex hac ejus negligentia deducitur, vel Penſionem fuiſſe invalidam, vel extinctam; & per conſequens non exprimendam in impetratione ſecundæ.

Quintò videbatur addendum ad favorem novi Penſionarii, quod prædictus Dominus Comes Joannes de Lazara Anno 1641. die 8. Januarii junctus erat Matrimonio, ut ex regiſtro Libri Parochialis ejus Eccleſiæ, cujus tranſumptum exhibebatur. Cer-
10 tum eſt autem, quod contractus Matrimonii facit Clericum contrahentem omninò incapacem tùm ad obtinendas, tùm ad retinendas Penſiones, ut latè probat Tondut *de Penſionib. cap.* 75. *à num.* 4. *& ſeqq. & cap.* 78. *à num.* 8. & fuit à me demonſtratum ſupra in hac materia Penſionali *Diſcord. I. num.* 27. prout etiam *Diſcord. VII. num.* 7. 8. *&* 9.

His tamen minimè obſtantibus reſponſurus pro veritate amico meo Abbati Marchetto, qui pro ea ſcienda ingenuè me conſulebat, dixi ejus ſecundam Penſionem ſuper hoc Canonicatu ab Innocentio XI. impetratam eſſe omninò invalidam, & nullam, ob non expreſſam, neque narratam primam Penſionem ab Urbano VIII. conceſſam Anno 1641. ſuper eodem Canonicatu Comiti Joanni de Lazara Clerico, & Equiti S. Stephani; cum inconcuſſa ſit regula, & concluſio apud omnes DD. & Rotam Romanam, non admittens limitationem, vel exceptionem ali-
11 quam; quod ſcilicèt reſervatio ſecundæ Penſionis eſt nulla ob non expreſſionem primæ Penſionis ſupra eodem beneficio, ſivè impetrans primam ſciverit, ſivè ignoraverit; quia nunquam præſumitur voluiſſe Papam duplici onere gravare beneficium; imò ejus voluntas eſt, Stylo Datariæ ab immemorabili tempore introducto, ac ſemper ſervato; ut exiſtente
12 aliqua Penſione ſuper beneficio, ea ſit ſibi exprimenda, ac narranda ab illo, qui impetrat novam Penſionem ſuper eodem beneficio; aliàs gratia ſit ſubreptitia,

Digitized by Google

pritia, & ſecunda Penſio ſit nulla, ut teſtantur
Gambar. *de Pot. Legati lib.* 6. *tit. de Penſionib. num.*
231. *Verſ. Sed quid dicemus*. Pariſius *de Reſignat.*
lib. 6. *quæſt.* 2. *num.* 48. Pyrrhus Corradus *in Praxi*
benefic. lib. 5. *cap.* 1. *num.* 47. Gigas *de Penſionib.*
quæſt. 29. Tondut *eod. tract. cap.* 44. Mandoſius *ad*
Reg. 33. *Cancellar. quæſt.* 6. *num.* 7. *& ſeqq.* Barboſa
de Jure Eccleſ. lib. 3. *cap.* 11. *num.* 102. Garzias *part.*
1. *cap.* 5. *num.* 561. Loterius *lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 56.
Spada *conſ.* 29. *num.* 1. *lib.* 3. Caponius *diſcept.* 243.
num. 28. nec non *diſcept.* 253. *cap.* 2. *num.* 10. Roſa
de Executorib. Litterar. Apoſtolic. part. 1. *cap.* 4. *num.*
209. Emin. Card. de Luca *de Penſionib. diſc.* 4. & 5.
utrobique *num.* 2. *ac diſc.* 80. pariter *num.* 2. Et hoc
idem millies tenuit Rota, ut videre eſt apud Caſſa-
dor. *deciſ.* 3. *&* 4. *de Penſionib.* apud Verall. *part.* 2.
deciſ. 303. & 314. apud Merlin. *deciſ.* 722. & *deciſ.*
808. apud Priolum *deciſ.* 266. *num.* 14. & *deciſ.* 298.
num. 1. coram Bichio *deciſ.* 236. *num.* 8. coram Card.
Cerro *deciſ.* 202. *num.* 7. & *deciſ.* 250. *num.* 15. prout
etiam in recentioribus part. 2. *deciſ.* 666. *num.* 2. &
deciſ. 739. part. 7. *deciſ.* 169. part. 9. tom. 1. *deciſ.*
129. *num.* 26. part. 10. *deciſ.* 107. *num.* 16. part. 14.
deciſ. 379. *num.* 10. part. 16. *deciſ.* 69. *num.* 4. & *ſeqq.*
& *deciſ.* 152. *num.* 1. part. 17. *deciſ.* 279. *num.* 2. &
ſeqq. part. 18. *deciſ.* 123. *num.* 2. & *deciſ.* 294. *num.*
20. noviſſimè eadem Rota *in Florentina Penſionis* 24.
Januarii 1696. coram R. P. D. dell'Olmo impreſſa
poſt Antonellium *de Jurib. Clericor. Deciſ.* 28.

Neque dubitari poteſt de valida reſervatione pri-
mæ Penſionis per Urbanum VIII. facta Anno 1641.
ad favorem ipſius Comitis, & Equitis Joannis de La-
zara; tùm quia ab eo exhibentur Litteræ Apoſtolicæ
ejuſdem Pontificis ſuper reſervatione prædicta, in
quibus à tergo notatus etiam eſt conſenſus præſtitus
d. Penſioni Duc. 172. ab antedicto Canonico Coadju-
tore Bagarotto; tùm quia reperta eſt ſcriptura manu
13 ejuſdem Coadjutoris Bagarotti conſcripta, & per
eum *die* 30. *Junii* 1642. præſentata coram Subcolle-
ctore Apoſtolico Decimarum Papalium hujus Civita-
tis, ac Diæceſis Patavinæ, in qua petebat, & in-
ſtabat, Canonicum Alexandrum de Lazara Coadju-
tum adſtringi ad ſolvendas Decimas decurſas annis
antecedentibus, & debitas Sereniſſimæ Reipublicæ
Venetæ, ſubdens hæc verba; *ne quando ipſe Cano-*
nicus Bagarottus principalis factus fuerit, cogatur ſol-
vere Penſionem, de qua ſupra, ac ſimul Decimas Pa-
pales præteritorum Annorum. Igitur attento conſenſu
Canonici Coadjutoris prædicti, circa reſervationem
illius Penſionis præſtito, & repetita obligationis eam
ſolvendi per confeſſionem ab eo factam in antedi-
cta ſcriptura, eſt ſufficienter probata exiſtentia, &
reſervatio primæ Penſionis, & de illa non eſt locus
dubitandi ex traditis per Adden. ad Gregor. XV.
deciſ. 57. *num.* 11. & ad Burattum *deciſ.* 261. *num.*
17. nec non per Emin. Card. de Luca *de Penſionib.*
diſc. 2. *num.* 5. nihil refragante Matrimonio Comitis
Joannis de Lazara Penſionarii, quia erat Eques, ac
Miles S. Stephani, ut dicetur *infra num.* 21. cui Re-
14 ligioni Privilegia Apoſtolica ſunt conceſſa, ut ejus
Milites, & Equites etſi uxorati poſſint obtinere, ac
retinere Penſiones uſque ad Ducat. 400. Aureos, ut
ex Rota coram Card. Seraphino *deciſ.* 758. *num.* 1.
coram Buratto *deciſ.* 791. *num.* 16. & notatur ab
Emin. Card. de Luca *de Penſion. diſc.* 62. *num.* 2. &
fuit dictum ſuprà *Diſcord. III. num.* 17.

Neque ſubſiſtunt objecta ſupra conſiderata, quæ
videntur excuſare impetrantem ſecundam Penſionem,
ſi de prima non fecit mentionem ob ſolam ignorantiam,
ex doctrina Cardinalis de Luca *de Penſion. diſc.* 4.
num. 7. Rotæ coram Dunozetto *deciſ.* 349. *num.* 13.
& part. 16. *recent. deciſ.* 164. *num.* 3. Nam primo
objecto de juſta cauſa ignorantiæ reſpondet ipſa Rota
in d. Florentina Penſionis. 24. *Januar.* 1696. coram
R. P. dell' Olmo his præciſis verbis *num.* 6. *In jure*
receptum eſt, reſervationem ſecundæ Penſionis eſſe
nullam ob non expreſſionem primæ Penſionis, ſivè illius
15 *exiſtentiam ſciverit, ſivè ignoraverit Penſionarius;*
quia in hac materia non attenditur intentio partium,
ſed voluntas Pontificis reſervantis juxtà tradita in
puncto per Gambarum *de Auctorit. Legati tit. de*
Penſionib. num. 231. *Verſ. ſed quid dicemus. quem ſe-*
quitur Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 48. Azo-
rius *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 9. *q.* 3. *Verſ. Sed*
dubium eſt. Corrad. *in Praxi benefic. lib.* 5. *cap.* 1. *num.*
47. *Verſ. Qui*. Tondut *de Penſion. cap.* 44. *num.* 7.
Rota *in recent. deciſ.* 379. *num.* 4. *part.* 17. *& in pri-*
ma deciſione hujus cauſæ §. nam objectum; *& in*
ſecunda §. Quoniam. *Quibus non merentur opponi*
doctrinæ in objecto allegatæ, cum nulla ex illis præcisè
firmet hujuſmodi limitationem, ut optimè oſtendit ſe-
cunda Deciſio R. P. D. mei Molines §. Nec obſtant.
Etenim Card. de Luca *de Penſion. diſc.* 4. *num.* 8. *ideò*
conſuluit, non eſſe faciendam mentionem antiquæ Pen-
ſionis in reſignatione Eccleſiæ, quia in ejuſdem Penſio-
nis translatione, facta in vim Indulti, aderat vitium
intrinſecum annullativum actus, & Translatarius ſpa-
tio 20. *Annorum nunquam illam petierat. Rota verò*
coram Dunozetto Seniore *deciſ.* 349. *num.* 13. *ultra*
quod loquitur in judicio manutentionis, & in illius
caſu pro ſanandis nullitatibus obtenta fuerat gratia
Perindè valere; *admittit nullitatem ſecundæ Penſionis*
allegari poſſe à Reſignatario; & ſolùm hujuſmodi fa-
cultatem negat in Reſignante, quia ex illius culpa con-
tigerat non fieri mentionem primæ Penſionis. Deciſio
demùm 164. *num.* 3. *part.* 16. *recent. tale quid non*
firmat, ſed ſolùm dicit ſufficere publicam vocem, &
famam obitus primi Penſionarii ad effectum obtinendi
remiſſoriam. Quinimò poſt completum examen, & propo-
ſita cauſa ſuper negotio principali, Rota declaravit,
ignorantiam antiquæ Penſionis non excuſare à nullita-
te reſervationis ſecundæ, quoties de anteriori omiſſa
fuerit mentio; ut in deciſ. 279. *num.* 4. *part.* 17. *re-*
cent. Hucuſque Rota ex cujus reſponſione ſatis ap-
paret, ignorantiam non excuſare; & doctrinas in
objecto allegatas non adaptari præſenti Diſcordiæ.

Secundum pariter objectum non ſuffragatur, ſum-
ptum ex eo, quod non ſit ſubreptitia impetratio be-
neficii, etſi non fuerit Papæ narratum aliud benefi-
cium collatum ipſi impetranti, ſed ignoranti ob ab-
ſentiam; nam ut advertit eadem Rota *d. deciſ.* 28.
coram R. P. D. dell'Olmo; & reſpondent DD. *in*
cap. Super Litteris. De Reſcript. eatenùs illa gratia
non eſt ſubreptitia, quia impetrans ſecundum bene-
16 ficium à Papa non habebat jus in re in primo bene-
ficio ſibi abſenti per Epiſcopum collato; ſed tantum-
modo habebat jus ad rem juxta text. *in cap. Si tibi*
abſenti, de Præbend. in 6. Porrò in Litteris Apoſto-
licis debet fieri mentio dumtaxat de jure quæſito,
ſeu in re; non autem de jure ad rem, ſeu de Jure
quærendo. *cap. Si motu proprio. eod. tit. de Præ-*
ben. in 6. Clem. *Gratiæ. De Reſcript.* & ita intel-
ligendum eſſe d. textum in *cap. Gratia*, notant Be-
rous in *d. cap. Super Litteris. num.* 42. *de Reſcript.*
Fagnanus *num.* 70. *Verſ. Doctores*. Emanuel Gonza-
les *in cap. Ad aures num.* 14. *eod. tit.* & ex Theo-
logis Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 60.
Poncius *eod. tractat. lib.* 8. *cap.* 16. *num.* 19. qui-
bus adhæret etiam Roſa *de Executorib. Litterar.*
Apoſtolic. cap. 5. *ſub num.* 90. In noſtro caſu prima
Penſio erat jam plenè acquiſita Comiti Joanni de
Lazara per obitum ejus Patrui Alexandri de La-
zara Canonici Coadjuti ſequutum Anno 1661. &
ei erat debita, ac ſolvenda per Canonicum Baga-
rottum juxtà conſenſum ab eo præſtitum in Litte-
ris Apoſtolicis Urbani VIII. de Anno 1641. ideò
erat exprimenda, ac narranda ab Abbate Marchet-
to in impetratione ſecundæ Penſionis Anno 1681.
quia ejus ignorantia non excuſat impetrationem à
nullitate. Gonzalez *ad Reg.* 9. *Cancell. gloſſ.* 67.
num. 18.

Digitized by Google

num. 18. & 19. Loterius *lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 76. & *ſeqq.* Rota *part.* 17. *recent. deciſ.* 279. *num.* 4.

Tertium objectum, quod magis urgere videbatur ob non exactam Penſionem à Comite Joanne de Lazara per Annos 20. non ſubſiſtit; quia irrefragabilis eſt juris regula, quam Legiſtæ, Canoniſtæ, ac Theologi admittunt, quod in præſcribendis annuis præſtationibus requiruntur anni triginta; & tunc non cenſetur extinctum totum annuum debitum, ſeu tota
17 annua præſtatio; ſed tantummodò ſumma unius anni; itaut pro aliis 29. annis ſemper eſt locus petitioni, ut firmat Antonellus *de Tempore Legali lib.* 2. *cap.* 68. *num.* 75. ubi Rotæ deciſiones allegat, ex quibus deducit, quod licèt Penſio non fuerit petita per annos 30., per hoc non dicitur extincta; ſed ſemper peti poteſt à Penſionario pro annis 29. quod poſt longam diſputationem tenet Gigas *de Penſionib. quæſt.*
18 83., in qua addit *num.* 9. & 10. duas alias rationes, ſcilicèt quia Penſio comparatur uſufructui annuo, atque alimentis; & in his præſcriptio ſolutionis non factæ per annos 30. nihil præjudicat, undè concludit *d. quæſt.* 83. his verbis: *Erit ergo concluſio, quod Penſio non ſoluta per annos* 30. *non erit præſcripta, niſi pro illa prima rata, à cujus decurſione effluxere anni* 30. Hanc Gigantis doctrinam, quam pluries Rota amplexa eſt, ſequitur etiam Emin. Card. de Luca *eod. tract. de Penſion. diſc.* 67. *num.* 6. ita ſcribens: *Verùm facilis erat reſponſio, quoniam aut dictum ſilentium deducebatur in Ordine ad præſcriptionem; & illa non intrabat, cum ageretur de annuo debito conditionali, in quo receptum eſt, etiam tricennalem præſcriptionem non ſufficere, niſi pro annualitatibus decurſis, juxta plenè deducta deciſ.* 373. *part.* 9. *recent. & in his terminis* Gigas *in hoc tract. q.* 83. *num.* 9. *cum ſeqq.* Et tantò magis hæc locum habet in præſenti Diſcordia, in qua Canonicus Bagarottus, etſi non ſolverit Penſionem per annos 20., erat in mala fide, quæ impedit omnem præſcriptionem. *cap. Si diligenti. De Præſcript.* Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 6. Gratian. *cap.* 78. *num.* 44. Conſtat autem de mala fide Canonici Bagarotti, quia ſciebat, ſe eſſe illius debitorem, tùm ex pacto inito in ſui ipſius electione ad Coadjutoriam, & à Sede Apoſtolica approbato; tùm ex proteſtatione facta coram Subcollectore Apoſtolico Anno 1642. de qua dictum eſt *ſupra num.* 4. tùm etiam quia Comes Joannes de Lazara Penſionarius eatenùs non urgebat pro ſolutione Penſionis prædictum Canonicum Bagarottum, quia ab eo ſperabat aſſumi in Coadjutorem ejuſdem Canonicatus Fratrem ſuum Comitem Alexandrum, quem juniorem habebat; etſi cita mors ejuſdem Bagarotti fecerit vacare Canonicatum, hoc tamen onus Penſionis annuæ Ducat. 172. ferentem. Neque huc uſque deductis obſtant auctoritates Rotæ in eodem tertio objecto adductæ, quia in ipſis non diſputabatur, an ex non ſolutione Penſionis, ea eſſet extincta; ſed ejus nullitas deducebatur ex aliis defectibus circa reſervationem conſideratis; quapropter, quæ ibi dicuntur ob ſilentium Penſionarii in non exigenda Penſione, dicta ſunt incidenter, & non percutiunt punctum validitatis, ſeu nullitatis ex ſolo curſu temporis, ſed quo ad clauſulam *Non retardata ſolutione, &c.* cum qua cauſa fuerat delegata Rotæ, ut legitur in deciſionibus illis. Et ex his tollitur etiam

Quartum objectum fundatum in doctrina Gigantis, Martæ, & Mareſcotti, qui loquuntur tùm de prædicta clauſula *Non retardata ſolutione Penſionis*, quæ non habet locum, & non admittitur, quando per longum tempus Penſio non fuit ſoluta, ut ex
19 lectione eorum quæ dicunt, manifeſtè apparet; tùm quia ipſi DD. loquuntur de præſumpta nullitate Penſionis, quæ non fulciebatur ſolutionibus; & ſtatim non juſtificabatur per exhibitionem Litterarum Apoſtolicarum. At in caſu iſto conſtat ex Litteris Apoſtolicis Comitis Joannis de Lazara de vera, & valida reſervatione ſuæ Penſionis, ſolvendæ tamen tantummodò poſt mortem Canonici Coadiuti; idcircò ceſſare debet præſumptio invaliditatis,
20 quia non eſt locus præſumptioni, ubi conſtat de veritate. Gregor. XV. *deciſ.* 416. *num.* 6. Rota *part.* 4. *recent. tom.* 3. *deciſ.* 478. *num.* 9. nec non *part.* 5. *deciſ.* 203. *num.* 10. eadem Rota coram Priolo *deciſ.* 23. *num.* 19. & *deciſ.* 112. *num.* 3.

Quintum tandem objectum elidebatur ex regiſtro Matrimonii ejuſdem Comitis Joannis de Lazara Penſionarii de d. Anno 1641., in quo nominabatur Eques S. Stephani; ac multò magis ex Litteris authenticis Magni Ducis Hetruriæ ejuſdem Anni ante celebrationem Matrimonii expeditis; in quibus tanquam Magnus Magiſter ejuſdem Religionis militaris S. Stephani declarabat, ſe eum aggregaſſe, & aſſumpſiſſe in dictam Religionem. Igitur ſtante certa, & indubitata aggregatione ad Religionem ante initum Matrimonium, ipſe Comes Joannes de
21 Lazara tanquam Eques S. Stephani habilis erat tùm ad obtinendam, tùm ad retinendam Penſionem prædictam, ſibi ab Urbano VIII. reſervatam vigore Privilegiorum Apoſtolicorum, quibus eadem Illuſtriſſima Religio S. Stephani fruitur, & quæ recenſita ſunt ſupra *n.* 14. & ſic ejus Penſio impugnari non poterat, ſed ex ejus ſilentio, & narratione non facta in impetratione ſecundæ per Abbatem Marchettum ejus ſecundæ Penſionis nullitas emerſit: quâ per eum intellectâ, generosè ceſſavit ab ulteriori ejus exactione; ſed paulò poſt compenſata fuit ejus generoſitas ab eodem Summo Pontifice Innocentio XI., à quo obtinuit primam Dignitatem Archipresbyteralem ſuæ Eccleſiæ Collegiatæ Atheſtinæ; ubi inter cætera ejus pietatis, ac liberalitatis facinora magnificentiſſimum erexit Delubrum in honorem S. Theclæ ejuſdem Collegiatæ Eccleſiæ Patronæ, ut ex P. M. Salomonio notatum eſt *ſupr. num.* 3. *in fine.*

Corollarii loco addere licuit, quod in facto dici non poteſt, Canonicum Bagarottum non ſolviſſe Penſionem Comiti, & Equiti Joanni de Lazara Penſionario; ſiquidem etſi illam non ſolverit reali pecuniarum numeratione in manibus eiuſdem Penſionarii, ſolutionem tamen fecit eidem per viam compenſationis; cum enim ipſe Comes, & Eques Joannes eſſet heres Comitis quondam Alexandri de Lazara Canonici Coadjuti, & iſte reliquiſſet ingentem Summam Decimarum, ac Subſidiorum Papalium Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ ſolvendorum, ſuper fructibus Canonicatus uſque ad annum 1661., in quo obiit ipſe Canonicus Coadjutus; ad dictas Decimas, ac Subſidia Papalia ſolvenda, unà cum aliis publicis gravedinibus Dadiis vocatis, tenebatur ipſe Comes, & Eques Joannes tanquam Heres; ſed quia in his debitis ex privilegio Principis proceditur contra poſſeſſorem beneficii, antedictus Canonicus Bagarottus adigebatur à Miniſtris publicis ad ſolutionem debiti, à ſuo Prædeceſſore Coadiuto non ſoluto; & per hujuſmodi ſolutionem, quæ de Jure ſpectabat ad Penſionarium Heredem Canonici Coadiuti, fiebat ſolutio Penſionis; com-
22 penſando ſcilicèt ejus vice quidquid in Camera Fiſcali ſolvebat pro Decimis, Subſidiis, ac Dadiis præteritorum annorum; compenſatio enim habet vim ſolutionis ex traditis per Tondut *de Penſion. cap.* 51. *num.* 20. & per Rotam coram Bichio *deciſ.* 23. *per totam.*

DISCORDIA XIX.

ARGUMENTUM.

Qualitas Nobilitatis Venetæ narrata Papæ ab impetrante Penſionem, ſi in eo vera non ſit,

Digitized by Google

ſit, Penſio remanet invalida, & nulla. Filii generati à Patre Nobili, ſed extra Matrimonium, & ex concubina ignobili, non gaudent nobilitate Patris, nec poſſunt dici Nobiles.

SUMMARIUM.

1 *Filius generatus à Patre Nobili extrà Matrimonium non eſt Nobilis.*

2 *Penſio per Papam conceſſa narranti ſe eſſe Patricium Venetum, ſi talis non ſit, nulla, & invalida eſt.*

3 *Narrativa facta Papæ eſt juſtificanda, aliâs gratia corruit.*

4 *Narrata illa dicuntur Papæ, quæ ab eo referuntur in Litteris Apoſtolicis ſub illis verbis:* Ut aſſeris &c. *Sive:* Tibi aſſerenti &c.

5 *Penſio eſt nulla, ſi qualitas Nobilitatis Papæ narrata non ſit vera.*

6 *Narrativa, quæ eſt fundamentum gratiæ, eſt omnino probanda.*

7 *Nobilitatis qualitas habet magnam vim in impetrandis gratiis beneficialibus à Papa.*

8 *Reſcripta gratiæ vitiantur, ſi in eis impetrandis verum taceatur, vel falſum narretur.*

9 *Gratia, ſi alteri ſit præjudicialis, omnia in ejus impetratione narrata ſunt penitùs juſtificanda.*

10 *Gratia per Papam conceſſa ut valeat, ſunt ſemper probanda narrata.*

11 *Qualitates narratæ in impetratione gratiæ, omnes egent probatione.*

12 *Clauſulæ generales in Litteris Apoſtolicis inſertæ remanent omnes inanes, ſi narrata in ſupplicatione non ſint vera.*

13 *Poſſeſſio Penſionarii non attenditur, quando conſtat de nullitate Penſionis.*

EGregius quidam Senator Venetus habens ex Fratre Nepotem illegitimum, hic Clericalem vitam amplexus Penſionem Eccleſiaſticam à Summo Pontifice ſuper pingui Canonicatu impetravit, & in ſupplicatione Sanctitati ſuæ porrectæ dixit, ſe eſſe Nobilem, ac Patricium Venetum, prout ex Litteris Apoſtolicis ſuper reſervatione prædictæ Penſionis expeditis apparet; ob quam expreſſionem, ac narrativam non veram Nobilitatis Venetæ tùm Canonicus Titularis, qui Penſioni conſenſerat, tùm, eo defuncto, alius Canonicus Succeſſor detrectat ſolvere Penſionem ipſam, aſſerens eam ſubreptitiam, nullam, & invalidam. At cupiens Patruus ſuam, & Nepotis conſcientiam illæſam ſervare, & nihil petere à poſſeſſore Canonicatus, quod eidem Nepoti non conveniat, voluit me conſulere; ut ei ſuper hac Diſcordia pro veritate reſponderem, Utrùm Penſio, de qua ſupra, ob prædictam narrativam Venetæ Nobilitatis nullitati ſubjaceat? Quare, ut tàm piæ, ac Chriſtianæ petitioni ſatisfacerem, & juxtà Canonicas Sanctiones hanc quæſtionem reſolverem; Viſo regiſtro Baptiſmatis ejuſdem Nepotis Clerici, in quo dicitur natus ex incerto Patre; nec non viſa diſpenſatione per Nunciaturam Apoſtolicam Venetiarum eidem Nepoti conceſſa ſuper defectu Natalium pro prima Tonſura, & minoribus Ordinibus ſuſcipiendis; ac etiam viſis Litteris Apoſtolicis reſervationis Penſionis prædictæ, in quibus hæc verba habentur: *Hinc eſt, quod Nos tibi aſſerenti Patricium Venetum exiſtere, &c.* omnibuſque aliis in hac Diſcordia per Doctores diſcuſſis maturè conſideratis. Reſpondi, antedictam Penſionem ſubreptitiam fuiſſe; & eſſe ac per conſequens nullam, & invalidam exiſtere neque tutâ conſcientiâ exigi poſſe ex infraſcriptis juribus, rationibus, ac fundamentis.

Primò quia prædictus Nepos, etſi generatus à Patre Nobile, & à Patritio Veneto, cum extrà Matrimonium generatus ſit, & ex matre plebeja, non
1 potitur Nobilitate, neque poteſt vocari Nobilis, ſive Patricius Venetus, tùm ex legibus Sereniſſimæ Reipublicæ, tùm ex jure communi, ut docent Tiraquell. *de Nobilitate cap. 15. à num. 10. & ſeqq.* ubi *texx. & DD.* cumulat. Emin. Card. Paleottus *in tract. de Nothis, & Spur. cap. 61. num. 7.* & Rota *part. 3. recent. deciſ. 681. ſub num. 3.* ubi ita dicit: *Baſtardi nulla gaudent nobilitate, etiamſi à Nobilibus deſcendant.* Baldus *in cap. Innotuit. num. 14. & 15. de Elect.* idem Baldus *in l. Cum antiquioribus ſub num. 12. C. de Jure deliber.* Ancharan. *conſ.* 389. *num.* 2. & Rota *in Veneta legitimitatis*, 26. *Aprilis* 1602. coram Cardin. Pamphilio; & *in Januen. Juriſpatronatus* 13. *Martii* 1606. coram Litta. Cum igitur prædictus Nepos narraverit Papæ, ac ei expoſuerit in ſupplicatione pro obtinenda Penſione; quod eſſet Nobilis Venetus, & verè talis non ſit,
2 conceſſio Penſionis eidem per Papam facta fuit nulla, & invalida. Rota *part. 5. recent. deciſ. 175. num. 6.* cujus hæc ſunt verba: *Gratia fuit ſubreptitia, cum enim emanaverit ad ſupplicationem, cenſetur Papa ſe fundaſſe ſuper narratis; undè ſi narrata non verificantur, gratia, ſeu conceſſio corruit.* Felinus *in cap. Conſtitutus. in princ. de Reſcript.* ubi Decius *in 4. notabili.* Caputaquen. *deciſ. 271. num. 2. & 3. part. 1. & deciſ. 240. part. 2.*

Secundò id confirmatur ex communi regula ab omnibus Beneficialiſtis approbata, quod ad validitatem Gratiæ narrata per impetrantem ſunt omninò
3 juſtificanda, aliâs gratia remanet ſubreptitia, & nullius valoris. Rota *part. 2. recent. deciſ. 24. num. 1.* & coram Cardin. Cavalerio *deciſ. 533. num. 5.* ubi notat, illa dici narrata ab impetrante, quæ per Papam referuntur in Litteris ſub illis verbis: *Ut aſſeris &c.* & eſt text. *in cap. 2. de Reſcript.* ubi om-
4 nes ſcribentes; & Gonzalez *ad Reg. 9. Cancellar. gloſſ. 9. num. 232. & 233.* Rota poſt Tondut *de Penſionib. deciſ. 65. num. 8.* Sed Nepos Penſionarius, de quo agimus, narravit Papæ ſe eſſe Patricium Venetum, ut ex Litteris Penſionis in illis verbis: *Hinc eſt, quod Nos tibi aſſerenti Patricium Venetum exiſtere &c.* hanc autem narrativam probare, & juſtificare non poteſt, ob defectum Natalium reſultantem ex regiſtro baptiſmatis, cui omninò credendum eſt. Monaldùs *conſil. 24. num. 6. vol. 1.* & ex diſpenſatione Nunciaturæ Apoſtolicæ pro habenda prima Tonſura, & minoribus Ordinibus. Ergo con-
5 ceſſio Penſionis remanet ſubreptitia, nulla, & invalida. Rota coram Durano *deciſ. 278. num. 2.* coram Card. Millino *deciſ. 227. num. 6. & 7.* eadem Rota *part. 3. recent. deciſ. 173. num. 5.* Item *part. 4. recent. deciſ. 440. num. 3.* ac etiam *part. 7. recent. deciſ. 87. in fine.*

Tertiò, tantò magis quia narrativa, & expreſſio Venetæ nobilitatis, & Patriciatus in ipſo Nepote fuit fundamentum gratiæ, & conceſſionis Penſio-
6 nis, ut conſtat ex iiſdem verbis Litterarum Apoſtolicarum, nempè: *Hinc eſt quod Nos tibi aſſerenti Patricium Venetum exiſtere, ut commodiùs ſuſtentari valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere; ac ſpecialem gratiam facere volentes &c.* Ergò debet à Nepote concludenter probari. Bald. *in l. Non ignorat. col. 1. Qui ann. poſſ. & in l. In actionibus. §. Planè. col. 1. C. de in litt. juran.* Rota *part. 4. recent. deciſ. 72. num. 3.* Card. Seraphin. *deciſ. 207.* ubi in terminis de Nobilitatis probatione. Verùm hanc probationem Nepos facere non poteſt; quia filii naturales etſi à Patre Nobili geniti, non ſunt Nobiles, ut dictum eſt ſupra *num. 1.* & quod naturalis ſit, & illegitimus refragari non poteſt, ſtante fide ejus Baptiſmatis, & diſpenſatione ſuper defectu Natalium, cui omninò eſt credendum; & aliis conſide-

raris per Honded. *conſ.* 68. *num.* 6. *& ſeqq. vol.* 1.
per Peregrin. *deciſ. Patavin.* 108. Gratian. *Diſcept.
for.* 958. *n.* 24. & Rota *part.* 3. *recent. deciſ.*600. *n.* 7.
Ergo reſervatio Penſionis fuit invalida.

Quartò, quod autem narrativa Venetæ Nobilita-
tis fuerint motivum, cujus intuitu Papa reſervavit
Penſionem prædicto Nepoti, manifeſtè deducitur,
quia in gratiis beneficialibus, & Penſionum hæc
qualitas Nobilitatis eſt ſummæ efficaciæ, & vim
7 magnam habet ad obtinendum. Gloſſa *in cap. Con-
querente. Verb. Sufficientia. De Cleric. non reſiden.
& in cap. Conſtitutis. Verb. Potentiam. De Appel-
lat.* Et de vi, ac efficacia ad movendum animum
Summi Pontificis ad faciendam gratiam beneficio-
rum, aut Penſionum ei, qui Nobilitate præfulget,
latè ſcribit Pyrrhus Corradus *de Diſpenſationib. lib.* 7.
cap. 3. *num.* 19. ubi *texx. & DD.* cumulat; quibus
addenda eſt Rota coram Emin. Cardin. Othobono
deciſ. 164. *num.* 22. eadem Rota noviſſimè *part.* 18.
recent. deciſ. 584. *num.* 2. *& deciſ.* 659. *num.* 7. Igi-
tur cum in præſenti caſu narrata fuerit Papæ qua-
litas Nobilitatis Venetæ in ſupplicante, & ex ea mo-
tus fuerit ipſe Papa ad ei reſervandam Penſionem;
cum hæc narrativa non ſit vera; gratia Penſionis
omninò corruit, & redditur inanis. *cap. Si propo-
nente.* 42. *de Reſcript. cap. Dudum il* 2. *Verſ. Inſuper.
De Elect. cap.* 2. *De Filiis Presbyter.* Latè Loterius
de *Re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 54. *num.* 9. ubi ita ſcri-
8 bit: *Et advertendum, quæcunque Reſcripta gratiæ
vitiari per ſubreptionem, aut obreptionem; id eſt ſivè
quod erat neceſſariò explicandum, fuerit ſilentio præ-
termiſſum; ſivè idipſum falsò ſuppoſitum.* Decius *in
cap. Super Litteris. num.*4. *de Reſcript. cum aliis per*
Menochium *de Arbitrar. caſu* 201. *ex n.*10. Sanchez
*de Matrim. lib.*8. *diſp.*21. *ſub n.*2 *Verſ. Quare dicuntur.*

Quintò accedit, quod qualitas Patriciatus Veneti
eſt juſtificanda; & eâ verâ non exiſtente, gratia di-
cenda eſt invalida etiam ex hac alia ratione, quia
ipſa gratia eſt tertio præjudicialis, nempè Canonico
Titulari, cujus præbenda fuit onerata Penſione, ut
expreſsè loquitur Rota coram Bichio *deciſ.* 410. *num.*
15. ita inquiens: *In gratia præjudiciali Tertio, prout
eſt reſervatio Penſionis, quia Papa procedit cum ma-
9 jori circumſpectione, oritur ſuſpicio, quod niſi fuiſſet
facta illa narrativa, Papa non conceſſiſſet, ut reſ-
pondendo contrariis benè diſtinxit Rota in d. deciſ.* 270.
ſub num. 3. *inter impreſſas poſt Conſilia Farinacii.*
Geminian. *in cap. Gratia. num.* 4. *in fine de Reſcript.
in* 6. *quem ſequitur* Creſcent. *deciſ.* 10. *num.* 2. *de
Præbend.* Caſſador. *deciſ.* 10. *num.* 3. *eod. tit. & ge-
neraliter quod Papa gratiam, quæ alicui præjudi-
cium infert, præſumatur non conceſſurus, vel diffi-
liùs, ſi narrata ſint falſa, fuit dictum in Novarien.
Canonicatus* 12. *Februarii* 1593. *coram claræ mem.
Cardinali* Hieronymo Pamphilio, *impreſſa poſt* Mar-
cheſan. *de Commiſſion. part.* 1. *fol.* 451. *ſub num.* 1.
in deciſ. 150. *num.* 5. *coram S. M.* Gregor. XV. *Et
in Calagurritana beneficii de Cornago* 27. *Maii* 1647.
coram me. Et eſt inter ejus impreſſas *Deciſ.* 302.
in qua latiùs confirmatur ſubreptio, & obreptio
gratiæ, quæ ſit tertio præjudicialis, quando vera non
ſunt ea, quæ narrata fuerunt Papæ pro impetra-
tione ejuſdem gratiæ, prout in præſenti caſu. Idcir-
cò cum Litteræ reſervationis hujus Penſionis ju-
ſtificari non poſſint ſuper narrativa Venetæ Nobi-
litatis, nullius remanent valoris, & nullam meren-
tur executionem. Rota *in Alerien. Parochialis* 5.
Maii 1692. *coram* R. P. D. Emerix, quæ habetur
apud Remocampium *de Coadjutoriis. Deciſ.* 10. *num.*
5. Item Rota *in Valentina beneficii.* 26. *Februarii*
1697. coram R. P. D. Priolo Juniore; *& in Roma-
na Clericatus, ſeu Beneficiatus S. Laurentii in Da-
maſo* 3. *Martii* 1698. coram R. P. D. Molines, quæ
habentur impreſſæ poſt Antonellum *de Jurib. Cle-
ricor. Deciſ.* 20. *& Deciſ.* 44.

Sextò, tandem hucuſque dicta confirmantur ex do-
ctrina Mareſcotti *Var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. ubi aſſu-
mit pro regula certa juris, quod *in gratioſis narrata
10 ſunt juſtificanda, ut gratia ſuffragetur ex text. in
cap.* 1. ubi Jo: Andr. & alii *De Litt. conteſt. lib.* 6.
ac aliis multis DD. citatis, poſtea *num.* 11. ſubdit,
quod *hæc regula extenditur, ut procedat etiam reſpe-
ctu qualitatum, nam in gratioſis etiam qualitates nar-
ratæ ſunt verificandæ juxtâ tradita per DD. in l. Gal-
lus. §. Et quid ſi tantum. De liber. & poſthum. &
per* Felin. *in cap. licet cautum. num.* 40. *Verſ. prima
concluſio de Probat.* & poſt plura ſub *num.* 14. ſubjun-
git; quod ſi qualitas exprimitur *ad inducendum Pa-
11 pam, ut faciliùs gratiam concedat, & tunc neceſſariò
probari debet.* Ægyd. *deciſ.* 734. Certè in præſenti
caſu expreſſum fuit Papæ, quod Nepos erat Patricius
Venetus ad inducendum ipſum Papam, ut faciliùs
ei reſervaret Penſionem ſuper Canonicatu; idcircò
dicta qualitas Veneti Patriarcatus eſt neceſſariò pro-
banda; cumque probari non poſſit, quia vera non
eſt, & contrarium conſtat ex baptiſmate ejuſdem
Nepotis, & ex diſpenſatione ſuper defectu Nata-
lium; ſequitur dicendum, gratiam Penſionis fuiſſe,
& eſſe nullam.

Septimò, nec juvare poteſt Nepotem Penſiona-
rium, ſi ipſe dicat, Litteras Apoſtolicas expeditas
ſuper reſervatione prædictæ Penſionis, continere
clauſulas ampliſſimas ſibi favorabiles, quarum vigo-
re à nemine impugnari poſſe videatur, nec ad con-
troverſiam reduci validitas gratiæ. Quia reſpondetur
ex communi ſenſu omnium Doctorum, quod falſi-
12 tas narrativæ factæ eidem Papæ reddit inanes quaſ-
cunque clauſulas generales in iiſdem Litteris, ut
reſpondit Rota *in Moguntina Canonicatus* 17. *Mar-
tii* 1666. coram Emin. Card. Cerro, quæ habetur
inter impreſſas poſt Novarium *in Summ. Bullar.
deciſ.* 11. *num.* 10. & eadem Rota coram Priolo *de-
ciſ.* 34. *num.* 41. & 42. ubi cum dixiſſet, clauſulas
non ſuffragari, quando narrativa pro obtinenda gra-
tia eſt falſa, ſubdit, *tunc enim ne proprius dolus
impetranti opituletur, tota gratia corruit, & cum ea
omnes clauſulæ in Litteris inſertæ evaneſcunt, ut de-
claravit Rota penes* Caſſadorum *deciſ.* 5. *de Proba-
tionib.* Mohedan. *deciſ.* 17. *eod. tit.* Puteus *deciſ.* 399.
lib. 1. *& deciſ.* 267. *ſub num.*6. *Verſ. non obſtat clau-
ſula lib.*3. *in correct.* Cæſar de Graſſis *deciſ.*14. *n* 6.
& ſeqq. de Probat. Loterius *de Re benefic. lib.*3. *q.*8.
num. 63. *cum pluribus ſeqq.*

Octavò, & ultimò nihil prodeſſe poteſt eidem
Nepoti Penſionario, quod à primo Canonico Titu-
lari exegerit aliquos terminos hujus Penſionis abſque
contradictione; & ſic quod tueri poſſit ſeipſum con-
tra Canonicos Titulares Succeſſores impugnantes
eandem Penſionem, iiſdem objiciendo poſſeſſio-
nem, vel quaſi eam exigendi, in qua repe-
ritur. Nam reſpondetur, quod non eſt attendenda
13 poſſeſſio, quando conſtat de falſitate narrativæ; ob
quam reſervatio Penſionis eſt nulla, & invalida;
quia prædicta poſſeſſio proceſſit ex ſolo facto Cano-
nici Titularis, cui non erat nota hæc gratiæ inva-
liditas ob non veram qualitatem Nobilitatis Venetæ,
ob quam ipſa gratia fuit à Papa conceſſa; nam ex
facto privatorum nullum fundamentum deduci po-
teſt pro ſubſtinenda gratia, quæ de ſe non ſubſiſtit,
ut ait Rota *part.* 7. *recent. deciſ.* 86. *num.* 24. & in
puncto, quod ſolutiones Penſionis factæ à Canoni-
cis Titularibus Prædeceſſoribus ſivè ex ignorantia,
ſivè ex malitia, ſivè ex colluſione, aut quavis alia
cauſa non præjudicent Succeſſori, neque vim ha-
beant convalidandi Penſionem ab initio nullam,
latè oſtendit Tondut *de Penſionib. cap.* 44. *num.* 18.
& ſeqq. & ibi Boerius *deciſ.* 162. *num.* 2.

DISCORDIA XX.

ARGVMEMTVM.

Quia ſæpè Heredes Penſionarii defuncti petunt à Titulari Penſionem illius anni, in quo Penſionarius moritur; Diſputatur, Quid, & Quantum iiſdem Heredibus ſit ſolvendum? Referuntur quatuor opiniones, quarum Primâ, & Secundâ rejectis, approbatur Tertia ex æquitate, quæ concedit Heredibus Penſionem pro rata temporis, à die ejus reſervationis uſque ad diem mortis Penſionarii: Nec non Quarta, quæ vult de rigore juſtitiæ nihil deberi heredibus, ſi nondum fructus ſint eo anno à Titulari collecti; aut aliquid tantummodò ad ratam fructuum, eodem anno, ante obitum ipſius Penſionarii collectorum. Excipitur, ſi Penſio ſit poſticipata, & ex fructibus anni præcedentis ſolvenda; quia tunc integra debetur Heredibus Penſionarii.

SUMMARIUM.

1 *Parochialis Villæ Saponariæ reſignata cum Penſione Duc. 48. auri de Camera Anno 1669.*
2 *Homines faciliores ſunt in promittendo, quàm in promiſſis ſervandis.*
3 *Moderatio ſupradictæ Penſionis.*
4 *Titularis juvenis moritur ante Penſionarium Senem.*
5 *Heredes Penſionarii an poſſint petere Penſionem ultimi anni? Opiniones quatuor.*
6 *Penſio dicitur aſſignata loco alimentorum.*
7 *Legatum pro alimentis tranſmittitur pro toto anno ad heredes Legatarii.*
8 *Heredes Penſionarii morientis poſt maturatum primum terminum Penſionis, ejus medietatem habere debent.*
9 *Tranſactio circa quantitatem Penſionis non mutat ejus primævam naturam.*
10 *Penſio debetur Heredibus Penſionarii pro rata temporis, quo iſte vixit.*
11 *Alimenta dantur de die in diem durante vita ejus cui ſunt relicta.*
12 *Penſio Eccleſiaſtica reſervata in pecunia cenſetur fructus civilis, qui maturatur de die in diem.*
13 *Tempus eſt calculandum à die reſervationis Penſionis uſque ad diem mortis Penſionarii, pro ea heredibus ſolvenda.*
14 *Heredibus Penſionarii ſolvenda eſt Penſio pro rata fructuum collectorum illo vivente.* & num. 16.
15 *Fructus beneficii non acquiruntur à beneficiario, niſi ſint collecti, & repoſiti in horreo.*
17 *Alimentorum obligatio ceſſat, ceſſante vitâ ejus, cui alimenta debentur.*
18 *Termini appoſiti in Litteris Apoſtolicis pro ſolvenda Penſione, ejus ſubſtantiam non tangunt.*
19 *Fructus civiles maturantur, & lucrantur de die in diem.*
20 *Heredibus Penſionarii ex æquitate danda eſt Penſio ratione temporis à die reſervationis uſque ad diem mortis.*
21 *Heredibus Penſionarii nihil debetur, ſi ille mortuus ſit ante recollectionem fructuum.*
22 *Rigor juris ſervandus in ſolutione Penſionum.*
23 *Fructus beneficiorum non colliguntur Patavii niſi in toto menſe Julio.*
24 *Annus Penſionis incipit à die reſervationis ejus.*
25 *Æquitas ſervanda etiam in ſolvenda Penſione Heredibus Penſionariorum.*
26 *Penſio poſticipata tota debetur heredibus Penſionarii, qui obiit poſt collectos fructus.*
27 *Heredibus Penſionarii nihil debetur de Penſione anticipata, etſi terminus maturatus ſit eo vivente.*
28 *Fructus aliqui ſi recollecti fiat à Titulari, vivente Penſionario, ad eorum ratam debetur Penſio ipſius Heredibus.*

PArochialem Sancti Martini Villæ Saponariæ, Paduanæ Diœceſis, R. D. Conſtantinus Barbadicus Rector ejuſdem reſignavit in manibus Summi Pontificis Clementis Noni *Anno* 1669. *die* 11. *Menſis Maii* ad favorem Rev. Julii Barberii Capellani ſui
1 cum annua Penſione Ducatorum 48. Auri de Camera, ſibi per eum, ac Succeſſores ſuos annuatim ſolvenda in duobus terminis, uno ſcilicèt in feſto Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ; altero in feſto Natalis Domini, ſuper fructibus certis, & incertis ejuſdem Parochialis, quos aſcendere ad ſummam conſimilium Ducatorum Auri de Camera 150. confeſſus eſt ipſe Rev. Barberius reſignatarius, prout latiùs in Litteris Apoſtolicis expeditis ſuper eadem reſignatione Eccleſiæ, atque reſervatione Penſionis.

Verùm quia homines promptiores ſunt in promittendo, quàm in promiſſa ſervando; & apud plurimos facilius eſt litigare, quàm debita ſolvere; præ-
2 dictus reſignatarius, non abſque nota ingratitudinis, obtentâ beneficii poſſeſſione, recuſavit Penſionem ſolvere ſub prætextu tenuitatis fructuum, & petendo congruam eorum portionem ad Summam Ducatorum centum, diù defatigavit in Tribunalibus Eccleſiaſticis Paduæ, ac Venetiis ipſum reſignantem Penſionarium; qui tandem Senio confectus, nolens vinci à malo, ſed volens vincere in bono malum, *Anno* 1690. *die* 22. *Aprilis* modera-
3 tus fuit ſuam Penſionem per viam tranſactionis initæ cum eodem reſignatario; in qua inter ſe convenerunt, ac pacti ſunt, quod de cætero *La Penſione s'intenda ridotta in moggia ſei formento all'anno, alla miſura Padovana, netto, ſecco, e ben crivellato, da eſſere pagato nella feſta di Santa Margarita li 21. del Meſe di Luglio, in una ſol volta; quale s'intenderà per le due rate, ò termini della Penſione.*

Paulò poſt deceſſit Rev. Barberius Titularis reſignatarius, etſi juvenilis ætatis, & per Emin. Card. Ordinarium factâ proviſione per concurſum de alio
4 Parocho, hic promptè, ac fideliter juxtâ tranſactionem ſui Prædeceſſoris ſolvit per diverſos annos, pro dicta Penſione, modia ſex frumenti eidem Rev. D. Conſtantino Barbadico Penſionario, qui tandem in præſenti anno 1697. vitam cum morte commutavit die 24. Menſis Junii; cumque eo defuncto ipſius Heredes peterent à Parocho Titulari antedicta modia ſex frumenti etiam pro hoc Anno 1697.; conti-
5 git dubitare, quid juris circa hanc petitionem? De qua ego interrogatus, ac requiſitus proferre opinionem meam, dixi Doctores eſſe diſcordes, & diviſos in quatuor Sententias.

Prima tenet, quod Heredes Penſionarii debeant habere totam, atque integram Penſionem; cum enim ipſa ſit aſſignata loco alimentorum. Tondut
6 *de Penſionib. cap.* 57. *num.* 8. & *cap.* 81. *num.* 2. & Penſionarius deceſſerit poſt inceptum annum à die reſervationis, nempè à die 11. Menſis Maii, videtur tranſmiſiſſe illam ad Heredes, exemplo Legatarii, cui relictum ſit legatum pro alimentis, qui ſi moriatur anno incæpto, tranſmittit totum lega-
7 tum ad heredes juxtà *texx. in l. A nobis. l. In ſingulos. & l. Filiæ meæ. ff. de Annuis Legat. & l. Nec ſemel. ff. Quando dies leg. cedat.* DD. *in l. Lecta. ff. Si certum pet.* Et hanc opinionem tenet Rebuffus *de Pacific. poſſeſſor. num.* 148. quem refert Garzias *de Benefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 106. & ante eum voluit Ferrettus *conſ.* 172. *à num.* 9. & *ſeqq.* ubi plures rationes, ac DD. adducit, quas per viam diſcurſus conſiderat etiam Gabriel. *conſil.* 191. *num.* 11. & 12. *vol.* 2.

Secunda Sententia docet, quod Heredes Penſio-
narii habere debeant medietatem Penſionis, ea ra-
tione quia ipſe Penſionarius vixit uſque ad diem fe-
8 ſtum Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, in quo matu-
ratus fuit primus terminus ſuæ Penſionis; & ideò
in præſenti caſu ſolvenda forent heredibus Rev. Bar-
badici à Titulari Parochialis Villæ Saponariæ mo-
dia tria frumenti; ut ſcribunt, & volunt Barboſa
in l. Divortio. num. 43. ff. Soluto Matrim. Caſtillus
in tract. de Uſufructu, & alii, quos refert Tondut
QQ. Benefic. part. 1. cap. 22. num. 3. Neque poſſet
obſtare, quod in Inſtrumento tranſactionis termi-
nus ſolvendi frumentum fuerit dilatus ad feſtum
S. Margaritæ, ideſt ad diem 21. Menſis Julii; quia
attendendum eſt initium Penſionis, & terminus
ſolutionis ejus expreſſus in Litteris Apoſtolicis; neu-
tri enim fuit derogatum per tranſactionem, quæ
9 non habet vim mutandi primævam naturam ejuſ-
dem Penſionis; cum facta fuerit tantummodò pro
diminuenda quantitate, & pro determinando tem-
pore conſignandi frumentum Penſionario vivente,
ut advertit Rota *part. 3. deciſ. 110. num. 4.* quæ in
caſu conſimili reſpondit, *attendi debere initium Pen-
ſionis, & ſecundum illius primævam naturam eſſe
regulandam Penſionem; quia illa concordia non alte-
ravit illius primævam naturam; ſed tantùm diminuit
quantitatem, & dedit modum ſolutioni.*

Tertia Sententia firmat, quod Heredes debeant
habere Penſionem pro rata temporis, quo vixit
10 Penſionarius, ea ratione quia Penſio, ut ſupra
dictum eſt, reſervata fuit per Papam pro alimen-
tis reſignantis beneficii, prout legitur in Litteris
Apoſtolicis, & notant Roman. *conſ. 388.* & Gigas
de Penſionib. quæſt. 51. num. 2. alimenta autem ſunt
quotidiè neceſſaria, & ſubminiſtrari debent de die
11 in diem uſque ad mortem ejus, cui ſunt reſerva-
ta. DD. quos citat, & ſequitur Bellettus *de Bonis
Cleric. §. 18. num. 2.* Ulteriùs cum Penſio ſit reſer-
vata in pecunia, cenſetur fructus civilis, cujus na-
12 tura eſt, ut maturetur de die in diem adinſtar li-
vellorum, cenſuum, ac affictuum domorum, ut
latè demonſtravi ſupra *de Benefic. Diſcord. XLV.
num. 4.* Ideò hanc opinionem teneri à Covaruvia *Var.
reſol. lib. 1. cap. 15. num. 13.* à Vivio *deciſ. 8. num.
11.* à Molina, & aliis teſtatur Peregrinus *de Fidei-
com. art. 49. num. 101.* qui illam amplectitur, do-
cens Penſiones Eccleſiaſticas ſolvendas eſſe à Titu-
lari Heredibus Penſionarii defuncti, calculando tem-
pus à die reſervationis uſque ad diem mortis ejus;
13 & ita etiam tenent Gabriel *d. vol. 2. conſil. 191.
per tot.* Hondedeus *conſ. 85. num. 13. & 23. lib. 2.*
& Nicolaus Noalis *in tract. de Tranſmiſſion. caſu
71. num. 2.* quibus adhærent Tondut *QQ. benefic. d.
part. 1. cap. 22. num. 4.* & Cæſar de Panimollis *de-
ciſ. 134. num. 30. & 31.* dicentes, ab ea non eſſe
recedendum tàm in conſulendo, quàm in judican-
do.

Quarta Sententia eſt illa, quam profert Loterius
de Re benefic. lib. 1. quæſt. 44. num. 16. & quæ vult,
ſolvendam eſſe Penſionem Heredibus Penſionarii
14 defuncti pro rata fructuum à Titulari perceptorum
Penſionario vivente; adeòut ſi ipſe Penſionarius
obierit ante collectionem fructuum, nihil tranſmit-
tat ad ſuos Heredes; ea ratione quia Penſio eſt pars
fructuum Eccleſiæ, & hi ab Eccleſiaſticis non ac-
15 quiruntur, niſi ſint collecti, ideſt à ſolo ſeparati,
& in horreo reconditi, ut pluries deciſum eſſe à
Rota conſtat apud Garziam *d. part. 2. cap. 1. num.
109.* apud Duran. *deciſ. 448.* & apud Card. Cava-
lerium *deciſ. 129.* quas allegat cum pluribus aliis
Theodoſius Rubeus *in ſuis Singular. tom. 2. part. 2.
circa Stylum Rotæ. Verb. Penſio §. 7.* & concordat
Burattus *deciſ. 670.* Quapropter hanc opinionem eſ-
ſe omninò ſervandam volunt Monaldus *conſ. 107.
vol. 1.* Gigas *de Penſionib. d. quæſt. 53.* Gratian. *Di-
16 ſcept. For. cap. 548. num. 23.* Idem Garzias *d. part. 2.
cap. 1. num. 108.* Mareſcott. *Var. reſol. lib. 2. cap. 18.
num. 50.* Antonellus *de Temp. Legali lib. 1. cap. 47.
num. 11.* Tondut *de Penſionib. cap. 20. num. 6.* ipſe
Noalis *de Tranſmiſſion. d. caſu 71. num. 2.* & noviſ-
ſimè Emin. Card. de Luca *de Penſionib. diſc. 25. &
diſc. 28.*

Ex his quatuor opinionibus, Primam, & Secun-
dam eſſe omninò reijciendam dixi; Tertiam verò
quendam tanquàm magis æquam; Quartam autem
amplectendam veluti cæteris magis veram. De pri-
ma non eſt curandum, quia quidquid ſit de legato
alimentorum, & quod hæc peti poſſint in principio
17 Anni, certum eſt, quod obligatio alimentorum ceſ-
ſat ceſſante vita ejus, cui alimenta debentur, *ut
texxt. & DD.* quos citat, & ſequitur Surd. *de Ali-
ment. tit. 5. q. 11. à num. 1.* ubi firmat, quod alimen-
ta non tranſeunt ad heredes; prout tranſirent, ſi
juxtà hanc primam opinionem integra Penſio eſſet
heredibus danda. Secunda pariter opinio non eſt at-
tendenda, quia termini appoſiti in Litteris Apoſto-
licis, in quibus Penſio eſt ſolvenda, habent rela-
18 tionem ad majorem commoditatem vel ſolventis,
vel exigentis illam, non autem ad inducendam obli-
gationem, quatenùs de Jure Penſio uſque ad illud
tempus non debeatur; ut latè Emin. Card. de Luca
de Penſionib. diſc. 26. num. 5. & diſc. 29. num. 2.
ibi: *Ut nulla terminorum ratio haberi debeat, cum
illi ſolam commoditatem ſolvendi, non autem ſubſtan-
tiam Penſionis percutiant.* Idcircò prædictis Prima,
& Secunda opinionibus relictis, (prout relinquendas
dicit Garzias *d. part. 2. cap. 1. num. 107.* Gabriel *d.
conſ. 191. vol. 2.* & Emin. Card. de Luca *de Penſion.
d. diſc. 25. & diſc. 28.*) diſputatio reſtringitur ad Ter-
tiam, & Quartam; ſiquidem opinio Tertia cenſetur
innixa majori æquitati; cum enim Penſio per Pa-
pam ſit reſervata in pecunia, ſapit naturam fru-
ctuum civilium; & hi maturantur, & lucrantur de
19 die in diem. Caccialup. *de Penſionib. q. 25. num. 3.
Verſ. Si verò.* Nicolaus Noalis *de Tranſmiſſion. d. ca-
ſu 71. num. 3.* Bellettus *de Bonis Cleric. d. §. 18. num.
2.* Emin. Card. de Luca *de Penſion. d. diſc. 28. num. 6.*
cum aliis citatis ſupra *num. 12.* Ergo æquum eſt,
ut moriente Penſionario, ejus heredes conſequantur
20 Penſionem pro rata temporis à die reſervationis uſ-
que ad diem mortis illius. Quarta nihilominus opi-
nio de Jure reputatur verior, quia Penſio, etſi re-
ſervata in pecunia, tamen eſt pars fructuum bene-
ficii; & ſicut hi non debentur heredibus beneficia-
rii, niſi ante ejus obitum fuerint recollecti, & in
horreo repoſiti, ex auctoritatibus adductis *ſupr.
num. 15.* & ego pariter dixi *de Benefic. diſcord. XLV.
num. 22.* ita neque Penſio ſolvenda eſt heredibus
21 Penſionarii, ſi iſte mortuus ſit ante fructuum col-
lectionem; non attentâ quavis æquitate, cum in
ſolutione Penſionum judicandum ſit de rigore Juris
22 ex Rota *part. 4. recent. tom. 2. deciſ. 488. num. 6. &
ſeqq.* nec non *part. 17. deciſ. 245. num. 4.*

Nihilominùs, etſi de rigore juſtitiæ, & ſtando in
quarta opinione Parochus Saponariæ nihil teneretur
ſolvere Heredibus Rev. Conſtantini Penſionarii, qui
obiit die 24. Junii, quo tempore fructus beneficii
23 non erant collecti, nam requiritur totus menſis Ju-
lii ad recollectam faciendam in his regionibus, tùm
ex Statuto Patavino, & praxi notiſſima, tùm ex
Tonduto *d. part. 1. Reſol. benefic. cap. 22. num. 9.* &
ex Rota coram Card. Cavalerio *d. deciſ. 129. in fine;*
Nihilominùs, inquam, ex quadam æquitate ſuaſum
feci, & obligatum dixi Parochum Saponariæ ſolve-
re heredibus prædicti Penſionarii defuncti ſtaria no-
vem frumenti pro omni, & toto eo, quod poſſent
prætendere, & nihil aliud. Cum enim annus Pen-
ſionis incipiat à die reſervationis ejuſdem ex Rota co-
24 ram Card. Cavalerio *d. deciſ. 129. num. 3.* & *part.
18. recent. deciſ. 646. num. 3.* ex Tonduto *de Penſion.
cap. 20.*

Digitized by Google

cap. 20. *num.* 7. & Emin. Card. de Luca *eod. tract.* *d. diſc.* 28. *num.* 5. & ſubindè prædicta Penſio fuerit reſervata *die* 11. *Maii*; objerit autem Penſionarius *die* 24. *Junii*; & ſic hoc ultimo Anno vixerit per menſem unum, cum dimidio circiter à die reſervationis; dividendo pro rata temporis modia ſex frumenti juxtà antedictam Tranſactionem, quæ ſunt ſtaria 72. in Anno, pro quocunque menſe debentur ſtaria ſex; & per conſequens pro uno Menſe, cum dimidio veniunt ſolvenda ſtaria novem. Igitur Titularis promptè ſolvit Heredibus hæc novem ſtaria, ad evitanda
25 litigia, ex quadam æquitate, cui innititur tertia opinio; & prout in conſimili caſu amicabilis compoſitionis practicavit idem Emin. Card. de Luca *de Penſionib. d. diſc.* 28. inter Heredes Penſionarii, & Titularem; quamvis profiteatur quod de rigore juris in his petitionibus, quæ fiunt per Heredes Penſionariorum defunctorum, attendenda ſit recollectio fructuum juxtà Quartam opinionem.

Hìc autem notare oportet pro majori intelligentia hujus Diſcordiæ, quando Penſionarius moritur, & ejus heredes petunt Penſionem à Titulari, quod ſcilicèt inſpiciendum eſt, an Penſio ſit poſticipata, vel anticipata juxta formam, quam explicavi ſupra *Diſcord.X. num.* 7. & 19. Siquidem, ſi ſit poſticipata; eò quia in ejus reſervatione primus, & ſecundus terminus ſolutionis dilatus ſit poſt collectionem fructuum, vel in Anno ſequenti; in hoc caſu quando obitus Pen-
26 ſionarii accidit poſt collectos fructus, tota Penſio debetur ejus Heredibus, quamvis neque primus terminus, neque ſecundus eſſet maturatus; eò quia Penſio pendet à fructibus; & cum Penſionarius non objerit, niſi poſt collectos fructus, integra Penſio debetur ei, ac ejus heredibus, etſi termini ſolutioni maturentur tantùm poſt ejus mortem; quia ſunt termini Penſionis poſticipatæ. Rota *d. part.* 3. *recent. deciſ.* 110 & poſt Vivian. *de Jurepatron. deciſ.* 98. coram Durano *deciſ.* 448. coram Buratto *deciſ.* 670. & notat Emin. Card. de Luca *de Penſion. d. diſc.* 28. *num* 6. Quod ſi Penſio eſſet anticipata, ideſt primus ſolutionis terminus adveniret ante collectos fructus beneficii; in hoc caſu quamvis Penſionarius obiret poſt
27 maturatum primum terminum, nihil eſſet ſolvendum ejus Heredibus; ſiquidem deſignatio terminorum fit vel in gratiam Titularis pro commodiori ſolutione, vel in favorem Penſionarii pro magis ſollicita exactione Penſionis; ſed ex eadem deſignatione non alteratur natura, ac ſubſtantia Penſionis, quæ pendet à recollectione fructuum, ut dicit Rota apud Peniam *deciſ.* 703. apud Card. Cavalerium *d. deciſ.* 129. & apud Duran. *d. deciſ.* 448. ac fusè demonſtrat ipſe Emin. Card. de Luca *de Penſion. diſc.* 24. *diſc.* 25. & *diſc.* 28. Quod ſi aliqua portio fructuum fuerit recollecta à Titulari ante mortem
28 Penſionarii, pro rata eorundem fructuum recollectorum erit ſolvenda Penſio ejus heredibus, ſivè maturatus fuerit terminus ſolutionis, ſivè non, ex doctrina ejuſdem Emin. Card. de Luca *d. diſc.* 28. *num.* 2. & ex pluribus auctoritatibus per me adductis ſuprà in his Diſcordiis *de Penſionib. Diſcord.* X. *num.* 6. Et ad hanc regulam fundamentalem reſpexi in ſuadendo Rectore Saponariæ ad ſolvenda illa novem ſtaria frumenti Heredibus Penſionarii Barbadici, quia eo vivente ipſe Parochus collegerat Decimam fœni ex pluribus campis Prativis illius Parochiæ; quod fœnum connumerandum erat inter fructus beneficii; & ex quo aliqua portio detrahenda erat ad favorem heredum Penſionarii.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERUM, ET VERBORUM NOTABILIUM IN HIS DISCORDIIS DE PENSIONIBUS.

Primus numerus indicat Diſcordiam. Secundus numerum ejuſdem. Tertius verò Paginam.

A

Abſentia Penſionarii cum excuſat à diligentiis non factis contra Anteceſſorem debitorem Penſionis. D. 9. 26. pag. 37
Abſurdum eſt, ſolutionem præſentis anni differre in ſequentem. D. 13. 15. pag. 49
Actio realis tantùm competit Penſionario, ſi Titularis non ſe obligavit ſolvere de proprio. D. 11. 17. pag. 42
Actus facultativi non ſunt obligatorii. D. 2. 7. pag. 9
Actus non eſt facultativus, ſi factus ſit ob cauſam obligantem. D. 2. 14. pag. 9
Actus plures in eodem Inſtrumento non ex hoc dicuntur connexi, & correlativi. D. 8. 32. pag. 33
Adriæ Urbis ad ora maris Adriatici deſcriptio. D. 6. 1. pag. 20
Advocatorum officium in foro fori eſt valdè periculoſum in foro Poli. D. 1. 45. pag. 8
Æquitas non patitur, ut qui fructus non collegit, ſolvat Penſionem. D. 13. 8. pag. 48
Æquitati non repugnat ſolvere Penſionem antè recollectos fructus, qui paulò poſt à ſolvente ſunt colligendi. *ibid. num.* 12. pag. 48
Æquitas eſt ſervanda etiam in ſolvenda Penſione heredibus Penſionarii. D. 20. 25. pag. 69
Æſtimum publicum beneficii probat valorem fructuum ejuſdem. D. 17. 17. pag. 61
Affrancationem reddituum annuorum Eccleſiæ fieri non poſſe, Doctores hìc citati tenent. D. 16. 28. pag. 28
Agnæ Parochialis Eccleſia in Diæceſi Paduana olim erat Collegiata. Et cur ita dicta? D. 2. 1. pag. 8
Alimenta debentur de die in diem, durante vita ejus, cui ſunt relicta. D. 20. 11. pag 68
Alimentorum obligatio ceſſat, ceſſante vitâ ejus, cui ipſa alimenta debentur. D. 20. 17. pag. 68
Altari qui ſervit, de Altare vivere debet. D. 11. 11. pag. 42
Alteri facere oportet id, quod nobis fieri deſideramus. D. 6. 8. pag. 21
Annuæ præſtationes nùm præſcribantur, ſi per annos 30. non ſunt ſolutæ? D. 18. 17. pag. 64
Annus Penſionis incipit à die reſervationis ejus. D. 4. 18. pag. 15
Item D. 20. 24. pag. 68
Annus Penſionis incipit non à die Datæ Litterarum; ſed à die ſignatæ ſupplicationis. D. 10. 3. & 15. pag. 39
Antecipata Penſio quæ dicatur? D. 4. 17. pag. 15
Antecipata Penſio ſolvitur ante recollectos fructus. *ibid. num.* 19.
Antonelli doctrina *De Temp. Legali lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 14. eſt contraria aliis DD. ac S. Rotæ Romanæ. D. 13. 10. pag. 48
Atheſis, ac Gorzoni fluminum frequentes alluviones. D. 2. 5. pag. 8
Atheſtis Terræ antiquitas, nobilitas, & aliæ laudes. D. 18. 2. pag. 61
Atheſtinæ Collegiatæ Eccleſiæ, in Paduana Diæceſi, origo, diruptio, & reædificatio. *ibid. num.* 3.
Auferre non licet id, quod alicui fuit gratioſè conceſſum. D. 16. 21. pag. 58
Azorii doctrina, quod Penſionarii tenentur ſolvere decimas, ac Subſidia impoſita poſt reſervationem Penſionum ſuarum. D. 5. 19. pag. 18

B

Barboſæ eadem doctrina de contributione ad Decimas, & ſubſidia facienda per Penſionarium. D. 5. 15. pag. 18
Barboſæ doctrina de extinctione Penſionis, ſi Penſionarius non deferat habitum, & Tonſuram. D. 8. 20. pag. 32
Beatius eſt magis dare, quàm accipere. D. 5. 3. pag. 16
Beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione ſunt conferenda. D. 1. 1. pag. 2
Beneficio non vacante, ſuper eo Penſio non imponitur. *ibid. num.* 8.
Beneficium dum vacat, non eſt onere Penſionis gravandum. *ibid. num.* 9.
Beneficia unita Officio S. Inquiſitionis ſunt exempta à Decimis, ac Subſidiis Papalibus. D. 5. 28. pag. 19
Beneficia Promoti ad Epiſcopatum vacant, & ejus Penſiones extinguuntur. D. 7. 7. & 9. pag. 25
Beneficia ejus, qui promovetur ad Epiſcopatum, vacant & ſunt Papæ reſervata. Et quo tempore vacent? *ibid. num.* 8.
Beneficii appellatione utrùm veniat etiam Penſio? D. 12. 10. pag. 45
Beneficia ſæcularia ſunt ſæcularibus conferenda Regularia Regularibus. D. 12. 18. pag. 46
Beneficium eſt Papæ narrandum, ſi proviſus habet jus in re; ſecùs ſi tantùm jus ad rem. D. 18. 16. pag. 63
Benemeritis de Eccleſia Epiſcopus poteſt reſervare Penſiones. Et hi, qui ſint? D. 1. 23. pag. 4
Beneplacitum Apoſtolicum, conſenſus Epiſcopi, atque Capituli requiritur, ad affrancandam Penſionem Sacriſtiæ pauperi reſervatam. D. 16. 30. pag. 59
D. Bernardi ſermo encomiaſticus Equitum Melitenſium. D. 9. 8. pag. 35
Bovi trituranti non eſt os alligandum. D. 11. 10. pag. 42
Breve de capienda poſſeſſione Epiſcopatus continet tempus expediendi Litteras ſuper ejus proviſione, ſub pœna nullitatis. D. 7. 34. pag. 28

C

S. Cajetanus ex nobiliſſima Thienæa Familia Vicentina natus. D. 15. 2. pag. 52
Camillus Varottus Canonicus, & Vicarius Monialium Paduæ laudatus. D. 10. 1. pag. 37
Canonicus electus Menſe Martio tenetur ſolvere terminum Penſionis proximi Menſis Junii. D. 13. 2. pag. 47
Capitulum nihil poteſt ſtatuere in præjudicium aliorum beneficiatorum ſuæ Eccleſiæ. D. 16. 17. pag. 57
Neque ipſius Eccleſiæ. *ibid. num.* 18.
Capitulum non poteſt affrancare Penſionem ſuæ Sacriſtiæ reſervatam. D. 16. 19. & *num.* 27. pag. 58
Capitulum in his, quæ concernunt Divinum cultum, nihil poteſt diſponere ſine conſenſu Epiſcopi. D. 16. 20. pag 57
Capitulum tenetur requirere conſenſum beneficiatorum in his,

Digitized by Google

in his, de quorum intereſſe agitur. D. 16. 22. pag. 58
Cardinalis Gregorius Barbadicus Epiſcopus Patavinus erat parciſſimus in imponendis Penſionibus ſuper beneficiis. Et qua methodo eas aliquando reſervabat? D. 1. 42. pag. 7
Cardinalis de Luca *Diſc.* 41. *de Penſionib.* cenſura. D. 1. 43. pag. 8
Cardinalis de Luca opinio, quod Epiſcopi poſſint reſervare Penſiones. *ibid. num.* 46.
Cardinalium S. R. E. beneficia à Decimis Papalibus ſunt exempta. D. 5. 9. pag. 17
Cardinalium exemptio à Decimis Papalibus eſt perſonalis. D. 5. 26. pag. 19
Cardinalium beneficia obnoxia ſunt ſubſidiis Papalibus, & ea ſolvere teneatur. D. 6. 9. pag. 21
Cardinalis Petri Othoboni, priùs Auditoris Rotæ, ſcientia, & juſtitia. D. 6. 31. pag. 24
Ejuſdem electio in Papam Anno 1689. die 6. Octobris, qui aſſumpſit nomen Alexandri VIII. *ibid. num.* 32.
S. Carolus Borromeus Penſionem reſervavit pro Fabrica domorum Canonicalium. D. 16. 29. pag. 59
Caroli Caraffæ Nuncii Apoſtolici Venetiarum Anno 1656. deindè Cardinalis laus, & prudentia. D. 7. 4. pag. 25
Cauſæ quinque, ob quas Epiſcopi poſſunt reſervare Penſiones. D. 1. 15. pag. 3
Cauſa juſta pro reſervanda Penſione eſt quodcunque pium opus. D. 16. *num.* 2. & 5. pag. 55
Clauſulæ Litterarum Apoſtolicarum eximentes Penſiones à Decimis, & Subſidiis. D. 5. 7. pag. 16
Clauſulæ obligantes Penſionarios ad ſolutionem Decimarum, & Subſidiorum. *ibid. num.* 11. & 12. pag. 17
Clauſulæ eximentes Penſionarium à ſolutione Decimarum, ac Subſidiorum, quando ipſe renunciaverit beneficium reſervata ſibi Penſione libera, & immuni &c. D. 6. 26. pag. 23
Clauſulæ *Quodcunque onus*. Et Clauſ. *Nec aliter, nec alio modo*. Vis, & Virtus. *ibid. num* 27. & 28. pag. 24
Clauſula *Dummodò remaneant centum pro Rectore*, ſemper intelligitur in reſervatione Penſionis etſi non ſit expreſſa. D. 11. 6. & 25. pag. 42
Quia ipſa tacitè ineſt. *ibid. num.* 21. pag. 43
Clauſula *Non retardata ſolutione Penſionis* quando nihil operetur? D. 18. 9. & 19. pag. 62
Clauſulæ generales in Litteris Apoſtolicis inſertæ remanent omnes inanes, ſi narrata in ſupplicatione non ſint vera. D. 19. 12. pag. 66
Clementis VII. *Conſtit.* 7. de retinendis obtentis per Promotos ad Cathedrales. D. 7. 12. pag. 26
Cleri Patavini onera publica ordinaria, & extraordinaria. D. 5. 2. pag. 16
Clericatus, & Cœlibatus ſunt neceſſarii pro obtinendis beneficiis Eccleſiaſticis, atque Penſionibus. D. 12. 15. pag. 45
Clericus quicunque, ſi cedat bonis, non poteſt amplius à creditoribus moleſtari. D. 11. 15. pag. 42
Collatio beneficii cum pacto ſolvendæ Penſionis eſt illicita. D. 1. 10. pag. 2
Collatio beneficii per Epiſcopum facta, cum reſervatione Penſionis, fuit Romæ Simoniaca judicata. *ibid. num.* 11. pag. 3
Coloni an gaudeant exemptione à Decimis conceſſa eorum Dominis. D. 5. 27. pag. 19
Compenſatio habet vim ſolutionis. D. 18. 22. pag. 64
Concilio Tridentino eſt expreſsè derogandum, ſi à Papa imponatur Penſio ſuper Parochialis fructibus non excedentibus Summam Ducat. 100. D. 11. *num.* 8. & 9. pag. 42
Conclave Romæ habitum Anno 1667. ob mortem Alexandri VII. D. 8. 3. pag. 31
Concordia, & finis litium eſt juſta cauſa pro finiendis litibus. D. 1. 18. pag. 3
Confeſſio Titularis Anteceſſoris afficit etiam Succeſſorem in beneficio. D. 17. 16. pag. 60
S. Congregationis Concilii declaratio, quod Epiſcopus non poſſunt reſervare Penſionem. D. 1. 4. pag. 1
Ejuſdem Declarationis declaratio. *ibid. num.* 38. pag. 7
S. Congregationis Concilii Decretum, quod Equites Religionum, quæ non requirunt tria vota ſubſtantialia, ſunt capaces beneficiorum ſæcularium, atque Penſionum. D. 12. 8. pag. 45
Si tamen ſint Clerici, ac cœlibes. *ibid. num.* 20. pag. 46
Congruam ut habeat Parochus, Penſio etſi exempta ac privilegiata eſt diminuenda. D. 6. 20. pag. 22
Congrua portio fructuum pro Parocho eſt privilegiata, & ante quæcunque alia onera ſolvenda. D. 11. 5. pag. 42
Congrua portio fructuum pro Parocho ordinata eſt per Sacros Canones, & per S. Tridentinum Concilium. *ibid. num.* 7.
Congrua Parochi habet prælationem contra obligationes quaſcunque. *ibid. num.* 12.
Congrua Parochi concernit etiam intereſſe Parochianorum ejus. *ibid. num.* 16.
Congruæ Parochialis cauſa ſuſpendit quodcunque aliud judicium petitorium, ſeu poſſeſſorium. *ibid. num.* 18.
Congrua eſt priùs ſolvenda Parocho, quàm Penſio Penſionario. D. 11. 20. pag. 43
Congruæ Parochialis quantitas, ac Ducatorum valor qualis eſſe debeat? D. 11. 33. pag. 44
Congrua portio pro Parocho eſt magis privilegiata, quàm Penſio pro Penſionario. D. 12. 2. pag. 59
Conſenſus proviſi de beneficio per Epiſcopum, circa Penſionem ſolvendam, non eſt illicitus. D. 1. 41. pag. 7
Conſenſus Parochi in reſervatione Penſionis non præjudicat Congruæ portioni ſibi debitæ. D. 11. 22. & 25. pag. 43
Conſtantiniana Equeſtris Religio quando? Et à Quo ſit fundata? D. 12. 1. pag. 45
Cognomen hoc ſumpſit à nomine Conſtantini Imperatoris. *ibid. num.* 2.
Conſtantiniani Equites nuncupantur etiam Milites S. Georgii, & Aurati. D. 12. 3. pag. 45
Ipſi ſi ſint Uxorati, an ſint Penſionum capaces? *ibid. num.* 4.
Conſtantiniani Equites Regulam receperunt à S. Baſilio Magno. D. 12. 6. pag. 45
Conſtantinianæ Religionis ſtatuta non excludunt ſuos Equites ab Eccleſiaſticis beneficiis. *ibid. num.* 9.
Conſtantiniani Equites Uxorati non ſunt capaces Eccleſiaſticarum Penſionum ſuper beneficiis ſæcularibus. D. 12. 14. pag. 45
Conſtitutio Julii III. ne quis exigat fructus beneficii, Litteris non expeditis. D. 7. 32. pag. 28
An ea extendatur etiam ad Penſiones? *ibid. num.* 33.
Contractus eſt nullus, in quo datur, aut promittitur res incerta. D. 8. 30. pag. 33
Corcyræ Inſulæ, vulgò *Corfù* deſcriptio. D. 3. 1. pag. 10
Cui licet quod eſt plus; quod etiam minus eſt licere debet. D. 12. 11. pag. 45

D

Damnum operari non debet id, quod inſtitutum eſt in favorem. D. 7. 25. pag. 27
Debitor, habens quietantias trium continuorum annorum, non tenetur juſtificare antecedentes ſolutiones. D. 14. 2. pag. 50
Decimæ Papales conceſſæ Sereniſs. Reipublicæ Venetæ pugnanti contra Turcas. D. 5. 4. pag. 16
Decimæ Papales in Dominio Veneto, ac Subſidia conceſſa Annis 1666. 1668. & 1675. *ibid. num.* 24. pag. 19
Decimata ſunt omnia beneficia in Libro poſſeſſionum temporalium, quæ Venetiis recipiuntur. D. 17. 13. pag. 60
Derogationes exemptionum à Decimis, ac Subſidiis Papalibus cujus favore ponantur in Litteris conceſſionum ipſarum, ac ipſorum? D. 6. 11. pag. 21
Derogationes ſunt ſtricti Juris; & ſtrictè veniunt intelligendæ. *ibid. num.* 24. pag. 23
Diligentiæ ſunt faciendæ priùs contra Prædeceſſorem per

Penſiona-

Digitized by Google

Penſionarium, quàm contra Succeſſorem. Et quales ipſæ eſſe debeant? D. 4. 10. pag. 14
Diligentiæ contra Prædeceſſoris heredes non fiunt, ſi ſolutio Penſionis ſpectet ad Succeſſorem. D. 4. 20. pag. 15
Diligentiæ ſi factæ non ſint à Penſionario contra Prædeceſſorem, Succeſſor non tenetur ſolvere Penſionem. D. 9. 24. pag. 37
Diligentiæ defectus non imputatur Penſionario, qui diſtulit exigere per aliquod tempus à Titulari boni nominis. *ibid. num.* 25.
Diligentiæ non ſunt faciendæ, quando conſtat, eas non eſſe profuturas. D. 9. 27. pag. 37
Diſpenſatio retinendi obtenta cum Promotis ad Cathedrales cur fiat in Cedula Conciſtoriali? D. 7. 16. & 24. pag. 26
Diſpenſatio prædicta eſt nullius roboris, ſi fiat extra dictam Cedulam? *ibid. num.* 17.
Diſpenſatio cum Promoto ad Cathedralem ſuper retentione obtentorum, ac Penſionum, fit ſub conditione expediendi novas Litteras. D. 7. 31. pag. 28
Diſpenſatio tacita pro habenda Penſione reſultat, ſi Papa ſciat, Reſervatarium eſſe Equitem Melitea. profeſſum. D. 9. 22. pag. 36
Diſpenſationis Apoſtolicæ tenor, ut Laicus poſſit obtinere Eccleſiaſticam Penſionem. D. 12. 25. pag. 47
Diſpoſitiones incertæ ſunt nullæ. D. 8. 25. pag. 32
Diverſorum diverſum eſt judicium. D. 6. 30. pag. 24
Doctores tenentes, quod Epiſcopus non poteſt reſervare Penſiones. D. 1. 5. & 6. pag. 2
Alii tenentes contrarium. *ibid. num.* 12. pag. 3
Doctoribus legentibus magis adhærendum, quàm conſulentibus. Et cur? D. 1. 44. pag. 8
Doctores ſcribentes, quod Laici non poſſunt habere Eccleſiaſticas Penſiones. D. 3. 10. pag. 11
Doctores aſſerentes, Laicos eſſe capaces Penſionum Eccleſiaſticarum, quomodo ſint intelligendi? D. 3. 12. pag. 12
Doctores ſcribentes Penſiones eſſe exemptas à Decimis, & Subſidiis. D. 5. 8. & 31. pag. 17
Doctores referuntur, qui tenent, obtenta eſſe narranda in impetratione Penſionis. D. 15. 13. pag. 53
Doctores tenentes, Penſionem affrancari poſſe prævia pecunia danda per Titularem Penſionario. D. 16. 12. pag. 56
Alii contrarium tenentes. *ibid. num.* 13. Rationes pro utraque opinione. *num.* 14. & 15. pag. 57
Doctores docentes, affrancationem annuorum redditúum Eccleſiæ fieri non poſſe. D. 16. 28. pag. 58
Donatarius fructuum, ſuper quibus eſt impoſita Penſio, obligatus eſt ad ejus ſolutionem. D. 10. 10. pag. 39
Ducati centum annui remanere debent Parocho Penſione gravato. D. 1. 30. pag. 6
Ducatorum centum pro congrua Parochi qualis ſit valor? D. 2. 9. pag. 9
Ducatorum prædictorum circa valorem opiniones quatuor nempe; vel ſecundum morem regionis, vel Juliorum decem pro Ducato, vel Ducatorum Auri de Cameræ Juliorum ſexdecim pro unoquoque, vel ſecundum arbitrium Judicis. D. 11. *à num.* 34. *& ſeqq.* pag. 44

E

Eccleſia indiget Viris Litteratis. D. 1. 16. pag. 3
Eccleſiæ præjudicari non poteſt à Prælato, vel à Capitulo. D. 16. 18. pag. 57
Eccleſiæ Collegiatæ Atheſtinæ origo, diruptio, & reædificatio. D. 18. 3. pag. 61
Æſtimi regiſtrum probat valorem beneficii. D. 11. 29. pag. 43
S. Eliſabeth Reginæ Portogalliæ pia liberalitas in donando Eccleſiis ſuppellectilia pretioſa. D. 16. 4. pag. 55
Eminentiæ Titulus per Urbanum VIII. conceſſus Magno Meliten. Magiſtro. D. 9. 16. pag. 36
Emphyteutæ pactum factum cum Directario de non ſolvendis tributis, an valeat? D. 6. 15. pag. 21
Epiſcopi an poſſint reſervare Penſiones Eccleſiaſticas Clericis? D. 1. *à num.* 1. *& ſeqq.* pag. 2
Referuntur opiniones contrariæ; & concordantur; quando una ex quinque cauſis concurrat relatis *à num.* 15 *& ſeqq.* pag. 3
Epiſcopi an poſſint reſervare Penſiones Laicis ſuper beneficiis? Opinio Affirmativa, & Negativa refertur. D. 3. *à num.* 4. *& ſeqq.* pag. 10
Epiſcopi an poſſint reſervare Penſiones ob aliquod pium opus? D. 16. *à num.* 1. *& ſeqq.* pag. 55
Equites Lauretani, S. Stephani, & alii, etſi Laici, & Uxorati ſunt capaces Penſionum. D. 3. 17. pag. 13
Equites Melitenſes profeſſi non ſunt Laici, ſed veri Regulares. D. 3. 18. pag. 13
Equites Melitenſes profeſſi non ſunt capaces Penſionum ſuper beneficiis ſæcularibus, niſi ex Apoſtolica diſpenſatione. *ibid. num.* 19.
Equites Melitenſes non profeſſi poſſunt habere Penſiones ſuper commendis illius Religionis ex diſpenſatione Magni Magiſtri. *ibid. num.* 20.
Equitum Melitenſium hereditas ſpectat ad eorum Religionem. D. 9. 1. *& num.* 17. pag. 34
Equites Melitenſes plurimi ex Familiis Nobilibus Paduanis. D. 9. 7. pag. 35
Equitum Melitenſium Obedientia, Caſtitas, & Paupertas ex Voto. *ibid. num.* 9. Eorum in bello fortitudo. *num.* 10.
Equites Melitenſes ſunt veri Religioſi. D. 9. 11. pag. 35
Equites Melitenſes profeſſi Matrimonium contrahere non valent. *ibid. num.* 13.
Equites Melitenſes, ut admittantur ad Habitum? ad Novitiatum? & ad Profeſſionem quæ requirantur? D. 9. 14. pag. 35
Ipſi nihil proprii habent neque in vita, neque in morte. *ibid. num.* 17. pag. 36
Incapaces ſunt beneficiorum ſæcularium, atque Penſionum, niſi diſpenſentur à Papa. *ibid. num.* 18.
Sunt tamen capaces Commendarum ſuæ Religionis, & Penſionum ſuper illis. *ibid. num.* 19.
Equites Religionum, quæ non requirunt tria vota ſubſtantialia, ſunt capaces beneficiorum ſæcularium, atque Penſionum. D. 12. 7. pag. 45
Equites Religionum Militarium gaudent privilegio Canonis, & Fori. D. 12. 16. & 17. pag. 46
Equites Religionum Militarium, ſi Clerici ſint, ac cœlibes, ſunt capaces beneficiorum ſæcularium, atque Penſionum. D. 12. 19. pag. 46
Equites Religionum Militarium capaces ſunt beneficiorum, quæ ſunt propria ſuæ Religionis. *ibid. num.* 22.
Equites S. Stephani, etſi Uxorati, ſunt capaces Penſionum uſque ad ſummam Ducator. 400. aureorum, D. 18. 14. & 21. pag. 64
Exemptio à Decimis alia eſt perſonalis, & alia realis, D. 5. 25. pag. 19
Exemptio Cardinalium à Decimis eſt perſonalis. *ibid. num.* 26.
Exemptionis clauſulæ circa Penſionem reſervatam in reſignatione beneficii. D. 6. 26. pag. 23
Expenſæ candelarum, hoſtiarum, vini &c. detrahendæ ſunt in aſſignanda Parochis eorum congrua. D. 11. 28. pag. 43
Expreſſio Eccleſiæ, ſuper qua imponitur Penſio, eſt de forma, ac ſubſtantia Penſionis. D. 8. 27. pag. 32

F

Facultativi actus non ſunt obligatorii. D. 2. 7. pag. 9
Facultativus non dicitur actus, qui factus ſit ex cauſa obligante. D. 7. 14. pag. 9
Fagnani opinio, quod Epiſcopi poſſunt reſervare Penſiones. D. 1. 40. pag. 7
Famulus Epiſcopi non dicitur benemeritus de Eccleſia pro habenda Penſione. D. 3. 13. pag. 12
Famulis ſuis tenetur Dominus de ſuo ſalarium ſolvere. *ibid. num.* 14.

Digitized by Google

Favori pro ſe introducto quilibet renunciare poteſt. D. 11. 31. pag. 44
Feltriæ Civitatis deſcriptio. D. 4. 2. pag. 13
Filius generatus à Patre Nobili extrà Matrimonium non eſt Nobilis. D. 19. 1. pag. 65
Forma ſtare non poteſt ſine materia. D. 8. 28. pag. 33
Franciſcus Danielettus Archipresbyter Villæ Agnæ laudatus. D. 2. 2. pag. 8
Fructus ad coæquandos inter permutantes beneficia Epiſcopus Penſionem reſervare poteſt. D. 1. 19. pag. 4
Fructus beneficii de Anno in Annum tranſeunt in dominium Beneficiarii. D. 2. 10. pag. 9
Fructus beneficii unius anni ſunt obnoxii omnibus oneribus beneficii uſque ad novos fructus anni ſequentis. D. 4. 7. pag. 14
Fructus beneficii vacantis debentur Succeſſori vigore ſuæ collationis. D. 10. 9. pag. 39
Fructus beneficiales undequaque recipiantur, ſemper obligant receptorem ad ſolvendam Penſionem. D. 10. 11. pag. 39
Fructum beneficii ſufficientia non eſt probanda, quando Titularis eos omnes cedit Penſionario, reſervatâ ſibi ſua congruâ portione. D. 11. 27. pag. 43
Fructuum unaquæque recollectio duos terminos Penſionis ſolvere debet. D. 13. 7. pag. 48
Fructus beneficii non acquiruntur à beneficiario, niſi ſint collecti, & repoſiti in horreo. D. 20. 15. pag. 68
Fructus civiles maturantur, & lucrantur de die in diem. *ibid num.* 19
Fructus beneficiorum non colliguntur Patavii, niſi in toto Menſe Julio. *ibid. num.* 23.
Fructus aliqui ſi recollecti ſint à Titulari, vivente Penſionario, ad eorum ratam debetur Penſio ipſius Heredibus. D. 20. 28. pag. 69

G

GAleatius Bagarottus Nobilis Patavinus factus fuit Canonicus Coadjutor Comitis Alexandri de Lazara Canonici Eccleſiæ Cathedralis Paduæ Anno 1641. D. 18. 4. pag. 62
Garziæ doctrina, quod Penſionarii tenentur contribuere pro Decimis, & Subſidiis impoſitis poſt reſervationem Penſionum. D. 5. 17. pag. 18
Georgius Cornelius electus Epiſcopus Patavinus ab Urbano VIII. Anno 1643. D. 7. 3. pag. 25
Gigantis doctrina, quod Penſio nunquam exacta præſumitur extincta. D. 18. 8. pag. 62
Gratia de retinendis obtentis eſt impetranda à Promoto ad Cathedralem in Cedula Conciſtoriali. D. 7. 10. pag. 26
Gratia non eſt ſubreptitia ob non narratum beneficium, abſenti, & ignoranti antea collatum. D. 18. 6. pag. 62
Gratia ſi alteri ſit præjudicialis, omnia in ejus impetratione narrata, ſunt concludenter juſtificanda. D. 19. 9. pag. 66
Gratia per Papam conceſſa ut valeat; narrata ſunt ſemper juſtificanda. *ibid. num.* 10.
Gregorius Cardinalis Barbadicus Anno 1664. tranſlatus fuit per Alex. VII. ab Eccleſia Bergomenſi ad Patavinam. D. 7. 6. pag. 25
Ejus eximia charitas, ac liberalitas in pauperes. D. 8. 36. pag. 33
Gregorius Farra Archipresbyter Thienarum Patavinæ Diæceſis Vir eruditus. D. 15. 3. pag. 52

H

HEredes Titularis, qui annuatim ſolvit duos terminos Penſionis, nihil ulteriùs ſolvere tenentur. D. 13. 3. pag. 47
Heredes Penſionarii morientis poſt maturatum primum terminum Penſionis, ejus medietatem habere debent. D. 20. 8. pag. 68
Heredes Penſionarii an poſſint petere Penſionem ultimi anni? Opiniones quatuor. D. 20. *à n.* 5. *& ſeqq.* pag. 67
Heredibus Penſionarii ſolvenda eſt Penſio pro rata fructuum collectorum illo vivente. D. 20. *num.* 14. *&* 16. pag. 68
Heredibus Penſionarii ex æquitate danda eſt Penſio ratione temporis à die reſervationis uſque ad diem mortis ejuſdem Penſionarii. D. 20. 20. pag. 68
Heredibus Penſionarii nihil debetur, ſi ille mortuus ſit ante recollectionem fructuum. *ibid. num.* 21.
Heredibus Penſionarii nihil debetur de Penſione anticipata, etſi terminus maturatus ſit eo vivente, ſed mortuus ſit ante recollectionem fructuum. D. 20. 27. pag. 69
Hieronymus Zacchus Nobilis Venetus electus ad Præbendam Theologalem à Capitulo Paduano Anno 1676. D. 13. 1. pag. 47
Homines faciliores ſunt in promittendo, quàm in ſervando promiſſa. D. 20. 2. pag. 67
Horologii cum rotis elegans deſcriptio. D. 2. 3. pag. 8

I

JAcobus Giera Epiſcopus Feltrenſis laudatus. D. 4. 5. pag. 13
Ignorantia Penſionis antiquæ an excuſet, ſi ea non fuerit narrata in impetratione Penſionis novæ? D. 18. 5. pag. 62
Ignorantia primæ Penſionis non excuſat ſecundam à nullitate, ſi impetrans primam non narravit. *ibidem num.* 15. pag. 63
Illegitimi, etſi Clerici, non ſunt Penſionum capaces. D. 8. 8. pag. 31
Illegitimi Clerici ut obtineant Penſiones, An ſufficiat ſolius Epiſcopi diſpenſatio? *ibid. num.* 9.
Incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem. D. 8. 6. *& num.* 24. pag. 31
Incertum eſt, quod generaliter profertur, & in ſpecie non declaratur. *ibid. num.* 7.
Incertum, & nullum æquiparantur. D. 8. 26. pag. 33
Incertum dicitur id, quod multipliciter declarari poteſt. *ibid. num.* 33.
Incertorum emolumentorum ratio non eſt habenda in aſſignanda congrua animarum Rectori. D. 11. 38. pag. 44
Incertorum emolumentorum duæ ſpecies. *ibidem*.
Incidenter dicta tùm à DD. tùm à Rota non ſunt attendenda. D. 16. 16. pag. 57
Indultum transferendi Penſionem exhibendum eſt ei, coram quo fit tranſlatio. D. 8. 15. pag. 31
Indultum prædictum aliud eſt generale; & aliud particulare. *ibid. num.* 16.
Injuſtum eſt, ut Titularis ex fructibus unius Anni ſolvat tres terminos Penſionis. D. 13. 17. pag. 49
Interpretatio in dubiis quomodo? & ad cujus favorem ſit facienda? D. 8. 35. pag. 33
Joannis Baptiſtæ Coccini S. Rotæ Romanæ Decani laudes, & Virtutes. D. 8. 1. pag. 30
Judices in judicando an teneantur ſequi opinionem Rotæ Romanæ? D. 7. 46. pag. 29
Julii III. Conſtitutione quis exigat fructus beneficii Litteris non expeditis. D. 7. 32. pag. 28
An prædicta Conſtitutio extendatur etiam ad Penſiones? *ibid. num.* 33.
Juſtitia cauſæ, ob quam eſt reſervata Penſio, debet ſemper concludenter probari. D. 1. 24. pag. 5

L

LAicis, atque Clericis conjugatis prohibitum eſt reſervare Penſiones. D. 1. 27. pag. 5
Laicus de ſolo Jure communi eſt capax Penſionis ſuper beneficiis. D. 3. 5. pag. 10
Sed ex Conſtitutione 73. B. Pii V. & ex Conſtitutione 93. Sixti V. ſunt incapaces, & inhabiles pro obtinendis Penſionibus. *ibid. num.* 8. *& num.* 11. pag. 11
Legatum pro alimentis tranſmittitur pro toto anno ad heredes Legatarii, in quo iſte moritur. D. 20. 7. pag. 67

Legis

Digitized by Google

Legis cauſa finalis deprehenditur ex proemio ejus. D. 7. 23. pag. 27
Leonardus Bondumerius Anno 1641. creatus eſt Archiepiſcopus Spalatenſis. D. 7. 2. pag. 25
Leonis X. Conſtitutio 33. circa gratiam retinendi obtenta à Promotis ad Cathedrales. D. 7. 11. pag. 26
Liber Principis, ſeu Publici Magiſtratus plenè probat. D. 17. 14. pag. 60
Libris Viſitationum Epiſcopalium an ſit credendum? *ibid. num.* 15.
Linguæ apud Religionem Meliten. quid denotent? Et quot ſint ejus Prioratus? Commendæ? & Officia? D. 9. 15. pag. 35
Litigium inter Titularem beneficiis ſæcularis, & Religionem Meliten. occaſione Penſionis. D. 9. 3. pag. 34
Litteræ retentionis obtentorum quando ſint expediendæ à Promotis ad Epiſcopatus? D. 7. 13. pag. 26
Litteræ ſi non ſint expeditæ ſuper retentione Penſionis, & ea exigatur, An ipſa Penſio annulletur? *ibid. n.* 15.
Litterarum expeditio ſuper retentione Penſionis ſuffragatur ante oppoſitam ejus nullitatem. D. 7. 27. pag. 27
Litteræ Penſionis ſunt neceſſariæ ad ejus exactionem, non ad ejus conceſſionem, ſeu reſervationem. D. 10. 16. pag. 39
Litteræ Penſionis non egent juſtificatione, quando Penſio eſt pura, & ſine Clauſula *Dummodò remaneant centum pro Rectore*. D. 11. 2. pag. 41
Litteris Apoſtolicis ſtatim danda eſt executio. *ibid. num.* 3.
Litteræ Apoſtolicæ cur expediantur ſuper Penſionibus per Epiſcopos reſervatis? D. 15. 4. pag. 52
Loterii doctrina, quod Penſionarii tenentur ſolvere ratam Decimarum, & Subſidiorum. D. 5. 16. pag. 18
Loterii contraria doctrina circa prædictam contributionem Decimarum, & Subſidiorum, quando Penſio fuit reſervata exempta ob reſignationem beneficii. D. 6. 17. pag. 22
Lucas Stella olim Archiepiſcopus Candiæ, deindè Epiſcopus Vicentinus, poſtea Anno 1637. factus Epiſcopus Paduæ. D. 7. 1. pag. 25

M

Magnus Magiſter Meliten. diſpenſat cum non profeſſis, ut Penſiones habere poſſint ſuper Commendis ſuæ Religionis. D. 3. 20. pag. 13
Reſervat Penſiones ad favorem equitum, ſed cum duabus conditionibus. D. 9. 20. pag. 36
Manualia beneficia non ſunt vera beneficia, quia quandocunque poſſunt auferri, etiam ſine cauſa. D. 15. 19. pag. 53
Manualia beneficia non ſunt exprimenda in impetratione novi beneficii. *ibid. num.* 20. pag. 54
Manualia beneficia non includuntur in reſervationibus Apoſtolicis. *ibid. num.* 21.
Manutenendus eſt Penſionarius in ſua poſſeſſione exigendi Penſionem. D. 17. 3. pag. 59
Etiam contra Succeſſorem in beneficio. *ibid. num.* 4. *& num.* 5. pag. 60
Marcus Abbas Marchettus Archipresbyter Atheſtis laudatus. D. 18. 1. pag. 61
Marcus Antonius Barbadicus creatus Archiepiſcopus Corcyræ Anno 1678. deindè factus Cardinalis Anno 1686. D. 3. 2. pag. 10
Marcus Marchianus Lector Publicus Sacrorum Canonum, ac Vicarius Generalis Epiſcopatus Paduæ factus fuit Epiſcopus Feltriæ Anno 1661. D. 4. 1. pag. 13
Ipſe tamen Feltriam non adivit, & cur? *ibid. num.* 3.
Obiit Paduæ Anno 1663. & ſepultus fuit in Eccleſia Monialium S. Matthæi. *ibid. num.* 4.
Matrimonium ratum, non conſummatum, ſolvitur per Profeſſionem in Religione Melitenſi. D. 9. 12. pag. 35
Melita Inſula dono data Equitibus Hieroſolymitanis à Carolo Quinto Imperatore. D. 9. 5. pag. 35
Merita Penſionarii ſunt ab eo probanda; cum duobus requiſitis. Et quæ? D. 3. 16. pag. 12
Michael Abbas Capellarius veterum, ac modernorum Poetarum æquè Princeps laudatus. D. 17. 1. pag. 59
Milites Equeſtrium Religionum ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ. D. 12. 5. pag. 45
Moderatio Penſionis ſuper Parochiali Villæ Saponariæ Paduan. Diœceſis. D. 20. 3. pag. 67
Monetæ *in Tract. de Decimis* opinio, quod Penſionarii tenentur contribuere ad ſolutionem Decimarum, & Subſidiorum impoſitorum poſt reſervatas Penſiones. D. 5. 18. pag. 18
Mora in ſolvendo quando purgari non poſſit? D. 7. 40. pag. 29
Motu proprio ſi Penſio ſit reſervata per Papam, non indiget aliâ juſtificatione. D. 17. 12. pag. 60

N

Narranda ſunt Papæ ea omnia, quæ ipſum in gratia concedenda difficilem redderent. D. 15. 10. pag. 53
Narrandæ an ſint Penſiones aliâs obtentæ in impetratione novæ Penſionis? *ibid. num.* 15.
Narranda an ſint beneficia, quæ obtinet Ille, qui impetrare vult novam Penſionem? *ibid. num.* 17.
Narranda an ſint beneficia manualia poſſeſſa ab Impetrante novam Penſionem? D. 15. 20. pag. 54
Narrandæ an ſint Penſiones, quas aliquis ſibi reſervatas ab Epiſcopo, dum novam Penſionem vult à Papa impetrare? *ibid. num.* 24.
Narranda quæ ſint Papæ in impetratione beneficiorum? *ibid. num.* 26.
Narrata illa dicuntur eſſe Papæ, quæ ab eo referuntur in Litteris Apoſtolicis ſub illis verbis: *Ut aſſerit &c.* Sivè *Tibi aſſerenti, &c.* D. 19. 4. pag. 65
Narrativa in ſupplicatione facta Papæ eſt juſtificanda, aliâs gratia corruit. *ibid. num.* 3.
Narrativa, quæ eſt fundamentum gratiæ, omninò venit probanda. *ibid. num.* 6.
Nemini licet contra proprium factum venire. D. 6. 7. pag. 20
Nobilitas quomodò probanda ob obtinendum ingreſſum in Religionem Melitenſem? D. 9. 6. pag. 35
Nobilitatis qualitas in impetratione Penſionis narrata Papæ ſi non ſit vera, Penſio eſt nulla. D. 19. 5. pag. 65
Nobilitatis qualitas habet magnam vim in impetrandis beneficiis, ac Penſionibus à Papa. D. 19. 7. pag. 66
Notarii præſentia an omitti poſſit in ſolutionibus Penſionis reſervatæ ſuper beneficio pleno, ideſt beneficiato vivente? D. 14. 7. pag. 50

O

Œconomo eſt committenda fructuum collectio, ſi Parochus dicat, eos non ſufficere pro ſua congrua, atque pro ſolvenda Penſione. D. 2. 16. pag. 10
Officialibus Cancellariæ Apoſtolicæ non eſt prohibitum prorogare terminum expeditionis Litterarum. D. 7. 28. pag. 27
Officialibus Cancellariæ Apoſtolicæ, aut Datariæ non eſt permiſſum alterare mentem Papæ in Litteris expediendis. D. 7. 41. pag. 29
Opinio Doctorum ſine ratione ſcribentium non eſt attendenda. D. 15. 28. pag. 54

P

Pacta in Penſionibus reſervandis ſuper beneficio vacante per obitum non permittuntur. Secùs ſi per reſignationem ad favorem. D. 6. 18. pag. 22
Papa ſolus juxtà ſtylum Curiæ Penſiones reſervat. D. 1. 7. pag. 2
Papa non derogat pactis reſignantium beneficia circa eorum Penſiones. D. 6. 12. *& num.* 14. pag. 21
Papa difficilis eſt in concedendis Indultis pro tranſlatione Penſionum. D. 8. 10. pag. 31
Papæ intentio eſt, ut conceſſio ſecundæ Penſionis ſit nulla,

Digitized by Google

nulla, quando ei in impetratione non fuit narrata prima. D. 18. 12. pag. 62.
Parochialis Eccleſia Villæ Saponariæ, Paduanæ Diœceſis, reſignata Anno 1669. cum Penſione Ducatorum 48. Auri de Camera. D. 20. 1. pag. 67
Parocho Seni renuncianti beneficium poteſt Epiſcopus ſuper eo renunciare Penſionem. D. 1. 21. pag. 4.
Parochus ſenex, & inhabilis non eſt cogendus ab Epiſcopo, ut beneficium renunciet; ſed ut ſufficientem Capellanum teneat. *ibid. num.* 22.
Parochus debet habere ſuam congruam ante ſuos Penſionarios D. 2. 8. pag. 9
Parochus manutenendus eſt in ſolita reductione Penſionis, durante eadem cauſam. *ibid num* 13.
Parochus an ſit admittendus ad beneficium *Cap Odoardus. De ſolut.* ne Penſionem ſolvat? *ibid. num.* 16.
Parochus circa congruam præfertur etiam Patrono pauperi. D. 11. 14. pag. 42
Parochus egere non debet, ne ſit ludibrio Parochianis, quos tenetur redarguere D. 11. 24. pag 43
Patronus pauper præfertur Penſionario ſuper fructibus beneficii. D 11 13. pag. 42
Paupertas Clerici eſt juſta cauſa ei reſervandi Penſionem. D 16. 6. pag. 56
pauperum appellatione venit etiam Eccleſia. *ibid. num.* 7.
Penſio ſuper beneficiis ab Epiſcopo non eſt imponenda ex Conſt. 85. B Pii V. Sed de qua Penſione loquatur? D. 1 2. pag. 2
Penſio à ſolo Papa imponenda ex Decreto Pauli IV. *ibid. num* 3. & *num.* 36.
Penſio à Papa reſervari poteſt ſine cauſa; non autem ab Epiſcopo. D 1. 14. pag 3
Penſio tranſmiſſibilis ad Succeſſores in beneficio à ſolo Papa reſervatur. D. 1. 20. pag 4
Penſio non eſt reſervanda per viam Quotæ. D. 1. 28. pag. 5.
Penſio tranſmiſſibilis ad Succeſſores in beneficio An ab Epiſcopo imponi poſſit? *ibid. num.* 29.
Penſio pro Perſona nominanda ab Epiſcopo non poteſt reſervari. D. 1. 31. & 35 pag. 6
Penſio ex pacto inter Partes ſuper beneficio impoſita eſt Simoniaca. *ibid. num.* 32.
Penſio eſt Simoniaca, ſi obtineatur ab Epiſcopo per illum, qui officium fecit in collatione beneficii ad hunc effectum *ibid. num.* 34.
Penſio ab Epiſcopo ſibi ipſi reſervari non poteſt. *ibid. num* 35
Penſiones duæ ſuper beneficio Villæ Agnæ per Epiſcopum Patavinum impoſitæ. D 2. 4. pag. 8
Penſio eſt diminuenda toties, quoties ob alluviones aquarum fructus beneficii diminuuntur. *ibid. num.* 11. pag 9
Penſio per Ordinarium impoſita ſuper Parochiali eſt reducenda, ſi fructus diminuantur. *ibid. num.* 12.
Penſio reſervata Laico per Ordinarium an ſit valida? D. 3. 3. pag. 10
Penſio alia dicitur profana, alia clericalis *ibid. n.* 6. pag. 11.
Penſio eſt onus reale inhærens fructibus beneficii. D. 4. 6. pag. 14
Penſionem de proprio an aliquando quis teneatur ſolvere? *ibid num.* 8.
Penſio Scutor. 400. reſervata per Alex VII. ſuper Epiſcopatu Feltren. Gregorio Cardinali Barbadico. *ibid. num.* 11.
Penſiones tot ſunt ſolvendæ, quot ſunt fructum recollectæ. *ibid. num.* 12.
Penſio eſt ſolvenda tùm à Prædeceſſore, tùm à Succeſſore pro rata fructuum per eos collectorum. D. 4. 15. pag. 15
Penſio anticipata quæ dicatur? *ibid. num.* 17.
Penſionis Annus incipit à die reſervationis ejus. *ibid. num.* 18.
Penſio antecipata ſolvendà eſt etiam fructibus beneficii nondum recollectis *ibid num.* 19.
Penſionum onus Scutor. 8000. impoſitum Epiſcopatui Patavino Anno 1664. D 5. 1. pag. 16
Penſio ex reſignatione non diminuitur, etſi non remaneat congrua pro Parocho. D. 6. 21. pag. 22
Penſio impoſita ſuper beneficio vacante per obitum debet contribuere Decimas, & ſubſidia poſtea Principi conceſſa. Secùs ſi fuerit impoſita cauſa reſignationis. *ibid. num.* 23. & 29.
Penſio extinguitur, ſi exigatur ante expeditas litteras reſervationis. D. 7. 14 & 29. pag. 26
Penſio exacta antè expeditas litteras ſuper gratia retentionis ejus, An extinguatur? D. 7. 20. pag. 27
Penſionis ſuper retentione litterarum expeditio eſt de forma, D. 7 30. pag. 28
Penſio quod ſit nulla, ſi exigatur litteris non expeditis, pluries fuit declaratum. *ibid. num.* 38.
Penſio exacta litteris non expeditis ſuper ejus retentione, quod remaneat extincta, eſt opinio magis ſicura, & juridica. D. 7. 43. & 47. pag. 29
Penſio Eccleſiaſtica, & fructus beneficii ſunt unum, & idem. *ibid. num.* 44.
Penſionis Eccleſiaſticæ definitio, & definitionis explicatio. D. 8. 5. pag. 31
Penſio Scutor. 100. extincta ob non delatum habitum, & Tonſuram Clericalem. D 8. 19. pag. 32
Penſio eſt onus reale inhærens fructibus beneficii. D. 10. 4. pag. 38
Penſio poſticipata quænam ſit? *ibid. num.* 7.
Penſionis tot ſunt anni, quot ſunt fructuum recollectæ. *ibid. num* 8. & *num.* 20.
Penſio eſt quædam Quota, ſeu Portio fructuum, ad certam quantitatem pro commodiori ſolutione redacta. D. 10. 12. pag. 39
Penſio eſt debita à die ſignatæ ſupplicationis, non à die expeditionis litterarum. *ibid. num.* 15.
Penſionis anticipatæ, ac poſticipatæ ratio, natura, & differentia. D. 10. 19. pag. 40
Penſio Ducat. 60. Auri de Camera reſervata ſuper fructibus Parochialis Pluvenarum Paduanæ Diœceſis. D. 11. 1. pag. 41
Penſio præfertur congruæ Titularis in beneficiis ſimplicibus. D. 11. 23. pag 43
Penſio diminuitur, ſi detractâ Parochi congruâ pauci fructus remaneant. D 11. 32. pag. 44
Penſio etiam perſonis Laicis concedi ſolet ab Apoſtolica Sede. D. 12. 24. pag. 46
Penſionis termini alii ſolvuntur anticipatè, & alii poſticipatè. D. 13. 4. pag. 48
Penſio quando ſit antecipatè ſolvenda? *ibid. num.* 5.
Penſio eſt pars fructuum, per Papam à Titulari abſtracta, & Penſionario aſſignata. *ibid. num.* 6.
Penſio ſi ſit reſervata Menſe Februario, primus terminus Menſis Junii eſt anticipatè ſolvendus. *ibid. num.* 11.
Penſionis uterque terminus ſolvendus eſt intra eundem Annum incipientem à die reſervationis ejus. D. 13. 13. pag. 49
Penſio non eſt dimidianda, neque ejus integra ſolutio protrahenda ad ſecundum annum. *ibid. num.* 14.
Penſio ſoluta tribus continuis annis præſumitur ſoluta etiam annis antecedentibus. D 14. 3. & 8. pag. 50
Penſio tribus continuis ſemeſtribus ſoluta, Utrùm præſumatur etiam in præteritum ſoluta? *ibid. num.* 4. & *num.* 14.
Penſio per Papam conceſſa An ſit nulla, ſi Penſionarius ei non narraverit alia beneficia, & alias Penſiones, quæ, & quas obtinet? D 15. 5. & 18. pag. 52
Penſio alicui Clerico per Papam reſervata An ſapiat naturam beneficii? D. 15. 8. & 25. pag. 53
Penſiones jam obtentæ Utrùm ſint exprimendæ in impetratione novæ Penſionis? *ibid. num.* 9. & 13.
Penſio antiqua eſt exprimenda, quando nova impetratur ſuper eodem beneficio. *ibid num.* 14.
Penſio jam obtenta non eſt narranda, quando impetratur alia ſuper diverſo beneficio. *ibid. num.* 15.
Penſio quando dici poſſit verum beneficium? *ibid. num.* 16.
Penſio reſervata ab Epiſcopo non eſt perpetua; ſed temporalis. D. 15. 23. pag. 54
Pen-

Digitized by Google

Penſiones temporales non ſunt narrandæ, dum alia nova Penſio impetratur à Papa. *ibid. num.* 24.
Penſio non eſt beneficium, neque venit nomine beneficii Eccleſiaſtici. *ibid. num.* 25.
Penſio Sacriſtiæ pauperi per Epiſcopum reſervata eſt valida. D. 16. 8. pag. 56
Penſionem gratis extinguere unicuique eſt licitum. *ibid. num.* 9.
Penſio an licitè extinguatur recipiendo anteciparas ſolutiones? Alii DD. negant, alii affirmant. *ibid. num.* 10. Rationes pro utraque opinione *d. num.* 10. 11. & 12.
Penſio ſoluta per annos 30. ampliùs impugnari non poteſt. D. 17. 8. pag. 60
Penſio præſumitur invalida, vel extincta, ſi per longum tempus à Penſionario non fuit exacta. D. 18. 7. pag. 62
Penſio ſecunda impetrata ſine narratione primæ nulla eſt, & invalida. *ibid. num.* 11.
Penſio Utrùm impugnari poſſit ut invalida, ubi de conſenſu Titularis in ejus impetratione conſtat. D. 18. 13. pag. 63
Penſio non petita per annos 30. peti poteſt per annos 29. D. 18. 18. pag. 64
Penſio per Papam conceſſa narranti ſe eſſe Patritium Venetum, ſi talis non ſit; nulla, & invalida eſt. D. 19. 2. pag. 65
Penſio eſt nulla, ſi qualitas Nobilitatis narrata Papæ non ſit vera. *ibid. num.* 5.
Penſio dicitur aſſignata loco alimentorum. D. 20. 6. pag. 67
Penſio debetur Heredibus Penſionarii pro rata temporis, quo ille vixit. D. 20. 10. pag. 68
Penſio Eccleſiaſtica reſervata in pecunia cenſetur fructus civilis, qui maturatur de die in diem. *ibid. num.* 12.
Penſio poſticipata tota, & integra debetur Heredibus Penſionarii, qui obiit poſt collectos fructus. D. 20. 26. pag. 69
Penſionarius tenetur probare ſua merita, ob quæ ab Epiſcopo fuit ei reſervata Penſio. D. 3. 15. pag. 12
Et quidem cum duobus requiſitis. *ibid. num.* 16.
Penſionarius an agere poſſit contra ſucceſſionem in beneficio pro ratis non ſolutis à Predeceſſore? D. 4. 9. pag. 15
Penſionarii qui, & quot Epiſcopatus Paduæ Anno 1664. D. 5. 5. pag. 16
Penſionarii ſunt exempti à Decimis, & Subſidiis Papalibus. *ibid. num.* 6.
Penſionarii non tenentur ſolvere Decimas ſeu ſubſidia per Papam conceſſa ante reſervationem ſuarum Penſionum. D. 5. 13. pag. 17
Penſionarii tenentur ſolvere ratam Decimarum, atque Subſidiorum, quæ conceduntur poſt reſervatas eorum Penſiones. *ibid. num.* 14. pag. 18
Penſionarii ex reſignatione non tenentur ad Decimas Papales, neque ad ſubſidia, etſi conceſſa poſt reſervatam Penſionem. D. 5. 30. pag. 19
Penſionarii Clerici an teneantur incedere in habitu, & tonſura Clericali? D. 8. 18. pag. 32
Penſionarius nùm obligari poſſit ad colligendos fructus beneficii, cum cautione ſolvendi congruam Parocho, & publicas gravedines. D. 11. 30 pag. 44
Penſionarius ſi moriatur ante collectos fructus beneficii, nihil eſt ſolvendum ejus heredibus pro ratis Penſionis illius anni. D. 13. 9. pag. 48
Penſionarius tenetur bonificare Titulari ſubſidium Papale eo anno, quo eſt impoſitum. D. 14. 13. pag. 51
Penſionarius eſt manutenendus in ſua poſſeſſione exigendi Penſionem, non obſtante quocunque prætextu nullitatis. D. 15. 6. pag. 52
Perpetuum dicitur beneficium, quod durat per totam vitam proviſi. D. 15. 22. pag. 54
Pœna non cenſetur à Lege impoſita, niſi de ea expreſsè loquatur. D. 7. 19. pag. 26
Poſſeſſio exigendi Penſionem acquiſita contra Prædeceſſorem juvat etiam contra Succeſſorem in beneficio. D. 17. 6. pag. 60
Poſſeſſio Penſionarii non attenditur, quando manifeſtè conſtat de nullitate Penſionis. D. 19. 13. pag. 66
Prædeceſſor in beneficio ſi non reclamavit contra Penſionem, neque Succeſſor reclamare poteſt. D. 17. 9. pag. 60
Præſtationes annuæ nùm præſcribantur, ſi per annos 30. non ſint ſolutæ? D. 18. 17. pag. 64
Præſumptio cedit Veritati. *ibid. num.* 20.
Præſupponi non debet tanquam verum id, de quo diſputatur. D. 8. 34. pag. 33
Privilegium obtinendi Eccleſiaſticas Penſiones conceſſum eſt Equitibus multarum Religionum Militarium. D. 12. 12. pag. 45
Privilegium unius Ordinis per communicationem extenditur ad alios Ordines. *ibid. num.* 13.
Privilegium ſi ſit exorbitans non extenditur de uno Ordine ad alium. D. 12. 23. pag. 46
Probare ſufficientiam fructuum beneficii An ſpectet ad Penſionarium? D. 11. 26. pag. 43

Q

Qualitates omnes narratæ in impetratione gratiæ egent probatione. D. 19. 11. pag. 66
Quietantiæ ſoluti annui debiti per tres continuos annos liberant debitorem à debitis annorum præcedentium. D. 14. 1. pag. 50
Quietantia facta *per reſto*, *e ſaldo*, indicat omne debitum eſſe ſolutum. D. 14. 10. pag. 51
Quietantiæ ſexdecim debiti ſoluti de bimeſtri in bimeſtre liberat debitorem à quocunque debito anteriori. *ibid. num.* 14.
Qui non exprimit, præſumitur, non expreſſum noluiſſe. D. 7. 22. pag. 27
Quod differtur, non aufertur. D. 10. 14. pag. 39
Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. D. 7. 18. pag 26
Quod de uno diſponitur, de alio cenſetur denegatum. D. 7. 21. pag. 27
Quod quiſque Juris in alium ſtatuerit, ipſe eodem Jure uti debet. D. 6. 6. pag. 20

R

Ratio ubi eſt eadem, ibi eſſe debet eadem Juris diſpoſitio. D. 7. 35. pag. 28
Recollecta quælibet fructuum beneficii ſolvere debet duos terminos Penſionis. D. 13. 16. pag. 49
Redditus annui incorporati Eccleſiæ affrancari non poſſunt ſine licentia Papæ. D. 16. 24. pag. 58
Religionis Jeroſolymitanæ, ſeu Melitenſis Antiquitas, Nobilitas, & Sanctitas. D. 9. 4. pag. 35
Repudiare An poſſit Capitulum annuos redditus ſuæ Eccleſiæ relictos? D. 16. 23. pag. 58
Reſcripta gratiæ vitiantur, ſi in eis impetrandis verum taceatur, vel falſum narretur. D. 19. 8. pag. 66
Reſignans beneficium ad favorem cum pacto, ut ſibi ſolvatur ſemper integra Penſio, quam Papa reſervat, non tenetur ex ea defalcare aliquid pro Decimis, aut Subſidiis. D. 6. 19. pag. 22
Reſignatarius ſolvere debet Penſionem abſque bonificatione pro Decimis, & Subſidiis. D. 6. 10. pag. 21
Rhodigii Oppidum Sedes Epiſcopi Adrienſis. D. 6. 2. pag. 20
Rigor juris ſervandus in ſolutione Penſionum. D. 20. 22. pag. 68
Rota Romana tenet, poſſe Epiſcopum ex juſta cauſa reſervare Penſionem. D. 1. 13. pag. 3
Rotæ Romanæ ab opinione non eſt diſcedendum. D. 1. 39. pag. 7
Rota Romana tenet, Penſionarios eſſe obligatos contribuere pro ſuis Penſionibus ratam Decimarum, ac ſubſidiorum, quæ ſunt conceſſa poſt reſervatas eorum Penſiones. D. 5. 23. pag. 19

Digitized by Google

Rotæ Romanæ Deciſio coràm Durano ad favorem Penſionariorum ex reſignatione, quod hi non teneantur ad Decimas, vel ſubſidia. D. 6. 13. pag. 21
Similis alia Deciſio coram Seraphino. *ibid. n.* 16. pag. 22
Rotæ Romanæ Deciſ. 161. part. 2. diverſ. declaratio, ac intellectus circa Penſiones ex reſignatione quo ad Decimas, & Subſidia. *ibid. num.* 25. pag. 23
Rotæ Romanæ Deciſio coram Verallo part. 3. Deciſ. 98. ambigua, & incerta. D. 7. 26. & 42. pag. 27
Rotæ Romanæ Deciſiones non faciunt Jus ſed tantùm opinionem probabilem. D. 7. 45. pag. 29
Rotæ Romanæ coràm Merlino Deciſ. 382. de extinctione Penſionis ex non delatione Habitus, ac Tonſuræ Clericalis. D. 8. 21. pag. 32

S

Saponariæ Parochialis Eccleſia onerata Penſione Anno 1669. D. 20. 1. pag. 67
Scholari pauperi poteſt Epiſcopus reſervare Penſionem. D. 1. 17. pag. 3
Simonia non eſt, paciſci de Penſione reſervanda ex Superioris conſenſu. D. 1. 33. pag. 6
Solutio Decimarum, ac Subſidiorum facta Venetiis à Penſionariis Epiſcopatus Paduæ. D. 5. 29. pag. 19
Solutio triennalis debet eſſe integra, ac eidem perſonæ factæ, ut liberet à debitis annorum antecedentium. D. 14. 5. pag. 50
Solutio Penſionis reſervatæ ſuper beneficio pleno eſt ſemper facienda coràm Notario, & Teſtibus. *ibid. num.* 6.
Solutio debiti præſumitur ex longo ſilentio creditoris. *ibid. num.* 8.
Item ex bonitate, ac religioſitate debitoris. *num.* 9.
Solutiones Penſionis diù factæ indicant ſufficientiam fructuum pro ea ſolvenda. D. 17. 10. pag. 60
Statuta contra tenorem Sacrorum Canonum diſponentia ſunt nulla. D. 12. 21. pag. 46
Sterilitas unius anni An compenſanda cum ubertate præteritorum annorum pro ſolvenda Penſione. D. 2. 6. pag. 8
Stylus Curiæ Romanæ in impetranda Penſione an requirat expreſſionem obtentorum? D. 15. 11. pag. 53
Stylus Curiæ Romanæ facit Jus. *ibid. num.* 12.
Stylus ejuſdem Curiæ non inducitur ex narratione non neceſſaria, & ad majorem cautelam facta. *ibid. num.* 27. pag. 54
Subſidia per Papam conceſſa poſt reſervatas Penſiones derogant exemptioni earum. D. 6. 5. pag. 20
Subſidii conceſſi per Innocentium XI. Anno 1684. verba. *ibid. num.* 4.
Succedens in beneficio de Menſe Aprili quando teneatur ſolvere totam Penſionem illius anni. D. 10. 5. pag. 38
Succeſſor in beneficio tenetur ſolvere ratam Penſionis maturatam vivente Prædeceſſore, ſi fructus illius anni ſpectent ad ipſum Succeſſorem. D. 4. 14. & 16. pag. 15
Succeſſor in beneficio quando teneatur ſolvere Penſiones debitas à ſuo Prædeceſſore? D. 9. 23. pag. 36
Succeſſor in beneficio, qui fructus collegit abſque proteſtatione, tenetur Penſionem ſolvere. D. 17. 7. pag. 60
Succeſſor ſi narravit Papæ, beneficium eſſe oneratum tali Penſione, ea non indiget juſtificatione. *ibid. num.* 11.
Supellectilium Sacrarum proviſio dicitur pium opus. D. 16. 3. pag. 55

T

Taciti, & expreſſi idem eſt judicium. D. 7. 36. pag. 28
Tempus expeditionis Litterarum retrotrahitur ad diem ſignatæ ſupplicationis. D. 10. 18. pag. 40
Tempus eſt calculandum à die reſervationis Penſionis, uſque ad diem mortis Penſionarii pro ea heredibus ſolvenda. D. 20. 13. pag. 68
Termini Penſionis decurſæ ante expeditionem Litterarum, poſt earum expeditionem ſunt ſolvendi. D. 10. 17. pag. 40
Termini appoſiti in Litteris Apoſtolicis pro ſolvenda Penſione, ejus ſubſtantiam non tangunt. D. 20. 18. pag. 68
Theodoſii Rubei doctrina de obligatione Penſionarii ſolvendi Decimas conceſſas poſt reſervatam Penſionem. D. 5. 21. pag. 18
Thienarum locus Vicentini Territorii, ſed Diæceſis Patavinæ, laudatus. D. 15. 1. pag. 52
Titularis habens fructus beneficii duorum annorum non tenetur ſolvere ultrà quatuor ratas Penſionis. D. 4. 13. pag. 14
Conveniri poteſt tùm hyppothecaria, tùm perſonali actione. *ibid. num.* 21.
Titularis intereſt, ne Penſio extincta reviviſcat. D. 7. 39. pag. 29
Titularis conſenſus non requiritur in Translatione Penſionis. D. 8. 14. pag. 31
Titularis exceptiones ne ſolvat Penſionem debitam à Prædeceſſore. D. 9. 2. pag. 34
Titularis, & Penſionarii eadem regula circa fructus beneficii. D. 10. 13. pag. 39
Titularis, qui conſenſit reſervationi Penſionis, eam impugnare non poteſt. D. 11. 4. pag. 41
Titularis juvenis ſæpè moritur ante Titularem ſenem. D. 20. 4. pag. 67
Tonduti doctrina, quod Penſionarius debet ſolvere Decimas. D. 5. 20. pag. 18
Secùs ſi Penſio ſit reſervata ex cauſa Reſignationis. D. 6. 22. pag. 23
Totius ad partem An argumentum valeat? D. 5. 10. & 32. pag. 17
Trajanus Comes Borromeus Canonicus Patavinus laudatus. D. 10. 2. pag. 38
Tranſactio ſuper quantitate Penſionis non mutat ejus naturam. D. 20. 9. pag. 68
Tranſlationes Penſionum in Gallia, & in Statu Veneto non ſunt in uſu. D. 8. 4. pag. 31
Earum materia odioſiſſima. *ibid. num.* 11. & 12.
Quid ſint? & quomodo fiant? *ibid. num.* 13.
An fieri poſſint in Teſtamento? *num.* 17. An non expreſſà Eccleſia? *num.* 23.
Turcarum irruptio in Viennam Anno 1683. D. 6. 3. pag. 20

V

Ventrigliæ doctrina, quod Penſionarii debent ſolvere Decimas. D. 5. 22. pag. 18
Venter non patitur dilationem. D. 11. 19. pag. 42
Verba clara non admittunt interpretationem. D. 14. 11. pag. 51
Uni ex pluribus ſervis ſi relicta ſit libertas, & nullius nomen ſit expreſſum, nullus ſit liber. D. 8. 31. pag. 33
Uxoratus Clericus eſt incapax Penſionum. D. 18. 10. pag. 62

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google